A 6384
Z5 P5
opy 1

DE

EUTROPII BREUIARII AB U. C.

INDOLE AC FONTIBUS.

PART. I.

DISSERTATIO INAUGURALIS HISTORICA

QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XIX. M. MARTIS A. MDCCCLXXIII.
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR
WLADIMIRUS PIROGOFF
PETROPOLITANUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:
OTTO SEECK DR. PHIL.
GUSTAUUS DE BOOR DR. PHIL.
OTTO GRUPPE DR. PHIL.

BEROLINI
TYPIS GUIL. BUEXENSTEINII.

DE

EUTROPII BREUIARII AB U. C.

INDOLE AC FONTIBUS.

PART. I.

DISSERTATIO INAUGURALIS HISTORICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XIX. M. MARTIS A. MDCCCLXXIII.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

WLADIMIRUS PIROGOFF

PETROPOLITANUS.

77491

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

OTTO SEECK DR. PHIL.

GUSTAUUS DE BOOR DR. PHIL.

OTTO GRUPPE DR. PHIL.

BEROLINI

TYPIS GUIL. BUEXENSTEINII.

PA6384
.Z5P5

VITA.

Natus sum Wladimirus Pirogoff Petropoli anno MDCCCXLVI die XVII mensis Ianuarii patre Nicolao, Academiae Medico-Chirurgicae Petropolitanae professore, rei postea scholaris dioecesium Odessanae tum Kiewensis curatore, quo vivo adhuc salvoque gaudeo, matre Catherina de gente Beresin immatura morte mihi erepta. Fidei sum addictus graeco-catholicae. Literarum primordiis imbutus sum domi meae usque ad a. MDCCCLXII quo Heidelbergam commigravi ibique ut per annum unum lectionibus linguarum veterum atque historiae antiquae in Lycaeo philologico adessem vir clarissimus Cadenbachius Lycaei illius rector opem mihi tulit. Anni MDCCCLXIII autumno academiam adii Heidelbergensem perque unum semestre scholis interfui Baehrii Kayserii atque Haeusserii. Inde Berolinum me contuli perque sex semestria Mommsenium Rankium Droysenium Boeckhium Hauptium Geppertium Trendelenburgium Steinthalium Brugschium audivi docentes. Inde ab anni MDCCCLXVII mense Maio usque ad anni proximi autumnum Lipsiae scholarum Ritschelii et Curtii frequentendarum causa commoratus Berolinum reversus sum ibique denuo per hos quattuor annos Mommsenii Droysenii Iaffeii lectionibus adfui. Ultimis duobus annis seminario historico a Mommsenio praeclare moderato adscriptus eram. Quibus viris omnibus optime de me meritis praecipueque Mommsenio gratias ago quam maximas.

THESES.

I. Apud Eutrop. III. 10, Paeanio et Iohanne Antiocheno apud Suidam v. ἀκραιφνές (cf. v. περιέσεσθαι) comparatis, qui abiens pro qui Fabius, quod in omnibus latinis codicibus extat, legendum esse puto.

II. Valentis imperatoris temporibus dioeceses Illyrici Daciam atque Illyricum occidentale proprios vicarios non habuisse sed immediate sub dispositione praefecti praetorio Illyrici ucl Italiae (vid. Boecking ad N. D. II. p. 141) stetisse cum posterioris temporis exemplum tum Rufus c. 8 fin. edocent.

III. Appianus in bello Punico secundo enarrando Diodoro usus est.

IV. Livius iam inde a l. XXI initio Polybium diligenter inspexit quaeque apud eum exstant pugnarum apud Trebiam lacum Trasimenum Cannasque descriptiones non aliunde quam e Sileno a Polybio aliis fontibus comparatis emendato profectae esse possunt.

V. Quod Livius XXI. 57, 3 narrat, cos. Sempronium post pugnam apud Trebiam Romam profectum esse posterioris cuiusdam scriptoris est commentum, qui eum Romae ante illam pugnam commoratum esse (vid. Polyb. III. 68) nescivit atque a Polybio c. 75 Plutarchoque Fab. Max. c. 3 refutatur.

PATRI · OPTIMO ·
DILECTISSIMO ·

PRAEFATIO.

In prima hac de Eutropii fontibus disputationis particula eius cum Livio comparationem (Cap. III.) praemisi, accuratiore in Suetonium atque fontem quo inde a libri octavi initio Eutropius usus est cum Victore Historiaeque Augustae Scriptoribus affini inquisitione ad opportuniorem occasionem reservata: quae cum mihi oblata erit, in aliis tribus capitibus tractabo 1) generaliter de scriptoribus qui eodem quo Eutropius fonte usi sunt praecipue eius aequalibus Rufo Ammianoque atque cadentis Romani imperii aevi chronicorum scriptoribus, Cassiodori tantum cum Eutropio comparatione iam nunc praemissa, quippe quae maximi ad quaestionem de chronologia Eutropiana (Cap. II.) momenti sit; 2) de graecis Eutropii versionibus deque 3) scriptoribus qui Eutropio auctore usi sunt, de Augustino tantum Maximoque Planude iam ad hanc particulam Appendicibus (I. et II.) adiunctis.

Cum editionem quoque Eutropii comparare mihi proposuerim, de codicibus quaestionem ibidem pertractabo; ad

manum habui praeceptoris Mommsenii codicis Fuldensis (nunc Gothani n. 101) collationem[1]) quam vir doctissimus mecum communicavit. Cuius insigni quoque liberalitate alter qui Eutropium purum exhibet optimae notae codex Leidensis primus[2]) Luguduno Berolinum transvectus praesto mihi fuit.

Toti disputationi in vitam Eutropii inquisitionem (Cap. I.) praemisi.

---

[1]) Eadem usus nuperrime Hartelius optimam Eutropii editionem (Berol. 1872) confecit.

[2]) N. 141.

Caput I.

De Eutropii vita.

Postquam multi iam viri docti de Eutropii vita aetate et patria disseruerunt maximamque lucem Tzschukkius in editionis suae (Lipsiae 1796) praefatione ad quaestionem de diversis huius nominis viris attulit, pauca nova addi possunt.

Rectissime Tzschukke l. c. diversos saeculi quarti Eutropios distinguere conatus est: nec tamen ad finem hanc rem perduxit et ipse quaedam confudit: ad quam rem accuratioris Libanii explorationis opus est, de quo nuper doctissimus vir Sievers[1]) optime meritus est. Quattuor autem vel quinque Eutropii a Libanio in Epistulis et Orationibus commemorantur, scilicet:

1) Eutropius ille Consularis Syriae quem acerbe Libanius in oratione *περὶ τοῦ μὴ ληρεῖν*[2]) post annum 388 habita[3]) perstrinxit. Cave eum uti fecit Tzschukke[4]) confundas cum Eutropio anno circiter 371 Asiam proconsulari potestate obtinente de quo infra (sub lit. 5).

2) Bis[5]) Libanius Eutropium quendam Hesychii filium Celsi illius sub Iuliano Ciliciae praesidis[6]) fratrem com-

---

[1]) Das Leben des Libanius. Berlin 1868.

[2]) Liban. Orat. ed. Reiske I. p. 208–224.

[3]) Sievers (XVI) p. 192 n. 25.

[4]) L. c. p. XII. — [5]) Liban. Epistul. ed. I. Chr. Wolf Amstelodam. 1738. Epist. 375 et 1223.

[6]) Ammian. Marc. XXII. 9, 13 Sievers (X) p. 90.

memorat: qui Eutr. quamquam et ipse Libanii discipulus[1]) et familiaris fuit non tamen confundendus est cum

3) Eutropio quem saepissime Libanius inter amicos suos nominat[2]) cui Acacius[3]) orator avunculus[4]) erat. Nonnulla de eo ex Libanio cognoscimus: in epist. 292 anno 355 scripta[5]) Libanius Acacio Eutropium ad se venisse honorificeque exceptum esse nuntiat. Inde ab hoc tempore Antiochiae vixisse videtur: erat certe ibi anno 357 quo epist. 1384[6]) et anno 362 quo epist. 666[7]) scriptae sunt, iisdem prope temporibus Caesaream idem Eutr. iter fecit quamobrem a Libanio rectori Palaestinae primae Cyrillo commendatur[8]). Saepissime Libanius summa cum laude orationes ab eo compositas commemorat[9]) et epist. 666 Acacio gratulatur quod talem propinquum et discipulum habeat. Scripta est epist. laudata[10]) eo tempore, quo Iulianus imperator Antiochiae moratus est (a. 362): nimirum cum Eutr. orationem quandam avunculi Acacii prius imperatori quam ipso Libanio dederit, hic apud Acacium de tanta neglectione queritur.

4) Ad Eutropium quendam duae Libanii epistulae[11]) inscriptae sunt, neque distingui potest, quisnam virorum huius nominis supra a nobis commemoratorum ille sit.

5) Contra Eutropium quendam Libanius insidiatum esse sub Valente imperatore in oratione de vita sua[12]) narrat; quas in-

---

[1]) Consulta ep. 812 (Sievers (III.) p. 25 n. 82) in qua Libanius de instructione amborum filiorum ad patrem Hesychium scribit cf. ep. 865. 1010; de fratre Eutropii Celso cons. locos in nota superiore laudatos.

[2]) Vid. epist. 292. 666. 667. 985. 1202. 1384.

[3]) Sed cum Libanius arta cum Acacio eiusque filio Titiano atque cum Hesychio illo et filiis ejus Celso Eutropioque familiaritate coniunctus fuerit, non mirandum est in epist. ad Celsum scriptis de Acacio sermonem esse: vid. ep. 634 et 627 (cf. 647).

[4]) Sievers (D D) p. 277—8.

[5]) Sievers (VIII.) p. 69 n. 41.

[6]) Sievers (III.) p. 31 n. 144. (L) p. 241.

[7]) Sievers (X) p. 97 n. 69.

[8]) Post igitur an. 359: vid Sievers (L) p. 212.

[9]) Vid. praecipue ep. 666 et 985.

[10]) Vid. supra not. 7.

[11]) 898 et 1030.

[12]) *περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης λόγος* Reiske I. p. 105—6.

sidias Festus ille[1]) a Valente Asiae proconsul factus struxerat, quem Libanius antequam in provinciam abiret cum imperatore secretum colloquium habuisse refert et Martyrium quendam indicasse, cuius auxilio Valens Eutropium et ipsum Libanium perdere posset; sed incassum has insidias cecidisse, cum Martyrius accusationem suam in iudicio probare non potuisset. Non indicat Libanius, quisnam hic Eutr. fuerit, sed cum apud eum h. l. de persecutionibus agatur, Theodori coniurationem detectam secutis[2]), maxima cum probabilitate narratio eius ad Eutropium „Asiam proconsulari potestate obtinentem" referenda est qui „ut factionis (Theodori) conscius arcessitus in crimen abscessit innocuus, Pasiphilo eximente philosopho sq."[3]) Certe non idem est qui orator ille Acacii discipulus (supra sub lit. 3) nihilominus gentilis et cum Libanio familiaritate quadam coniunctus fuisse videtur; itaque fortasse idem est atque Eutr. ille Hesychii filius Celsi frater (supra sub lit. 2), qui Celsus ipse Libanii discipulus et Iuliani imperatoris sectator fuit: constat enim persecutiones illas contra paganos et Iuliani sectatores directas esse.

Praetereo alios Eutropios, scilicet praefectum praetorio annis 380, 381, 384—7 qui christianus fuisse videtur[4]) et consules annorum 387 et 399[5]): iam quod Eutropium Breviarii auctorem attinet, constat eum gentilem et Iuliani sectatorem fuisse[6]); de eius aetate Nicephoras l. not. 6 laudato

---

[1]) De quo consulta Liban. l. c. Amm. Marc. XXIX. 2, 22 Suid. v. Φῆστος Eunap. vit. soph. p. 89 Sievers (XIII.) p. 144 sq.

[2]) Anno 372, quo Valens Antiochiam venerat et sq.

[3]) Amm. Marc. XXIX. 1, 36: apud Liban. insidias illas Festus iam Asiae proconsul designatus struxit, Amm. eius nominationem infra c. 2, 22 refert.

[4]) Vid. Tzschukke Praefat. p. XIII (n. 31): itaque ad eum epistolae Gregorii Nazianzeni (137 et 138) scriptae esse possunt: vid. Sievers (XIII.) pag. 147 n. 73.

[5]) Tzschukke Praef. pag. IV.

[6]) Cons. ipsius iudicia de Constantino Magno et Iuliano (X. 6—8 et 16) locosque saepissime laudatos Nicephori Gregorae apud Lambecium Comment. de bibl. Vindobon. VIII p. 136 (vid. Verheyk Testimonia) atque Codini (p. 7 edit. Venet. p. 18 edit. Bonn.) et Anonymi de originibus Constantinopolit. p. 4 edit. Venet. (Imperium Orientale sive Antiquitates Cpltnae Venet. 1729 T. I. part. III.).

aequalem Iuliani et Valentis eum fuisse affert, quae nequaquam cum iis concinunt, quae in codice Vaticano Codini leguntur[1]) eum ἐπιστολογράφον Constantini et inter alios auctores ibid. laudatos spectatorem ac testem Constantinopolis exstructae fuisse; sed totus Codini locus cit. erroribus plenus est et ex Hesychii Milesii Chronicorum libro sexto desumptus esse videtur[2]): qui cum[3]) nullo modo Constantini aequalis aestimandus sit etiam alii a Codino laudati[4]) probabilius ad posteriora tempora referri debent. Equidem non dubito, quin verba illa Codini καὶ ἐπιστολογράφος Κωνστ. plane non ad Eutropium referenda sint, sed eis ignotum quendam scriptorem Constantinum[5]) ἐπιστολογράφον Codinus designare voluerit[6]). Itaque nihil aliud ex eius loco discere possumus, quam Eutropium inter alios scriptores de exstructione Constantinopolis verba fecisse neque quidem necesse est, de alio Eutr. opere in quo haec exposuerit coniectare, cum in Breviario obiter quidem sed aperte hanc rem attigerit (X. 8).

Quae cum ita sint, nihil est cur Eutr. nostrum eundem esse illi Acacii discipulo negemus: nam nescio unde Sievers[7]) collegerit Eutropium Persicae Iuliani expeditioni[8]) tanquam militarem virum[9]) interfuisse. Nihil hac de re in fontibus invenies:

---

[1]) Eodemque modo apud Anonymum

[2]) De quo vid. Müller fragm. histor. graec IV. p. 4.

[3]) Quem ipsum inter auctores illos laudat Codinus (Hes. τὸν ταχυγράφον)

[4]) Scil. Eutychianus grammaticus et Troilus rhetor vid. Müller l. c.

[5]) Haec enim (ὁ ἐπιστολογράφος Κωνσταντῖνος) apud Codinum in aliis codicibus leguntur.

[6]) Nota Codinum coniunctione καὶ hunc ἐπιστολογράφον a praecedentibus, ubi de Eutr. locutus est, seiungere.

[7]) (D) p. 278.

[8]) Vid. Eutr. ipsum X 16 ex eo Codin. Anonym. llcc. cf. Malalam XIII. p. 334 Bonn.

[9]) „Als Krieger". Rhetores interdum in comitatu imperatorum militaribus expeditionibus interfuisse, vel exemplum Prisciani cuiusdam docet, Constantium anno 359 in expeditionem ad Danubium secuti vid. Sievers (IX) p. 81 n. 66. 67: ita etiam Iulianus Seleucum secum in Persica expeditione habuit Calliopii Libanii discipuli et laborum eius adiutoris (vid. infra p. 11 n. 2) generum: vid. Sievers (XI.) p. 107 n. 22; epist. 1078 Libanius ut res gestas Iuliani in Perside describeret eum admonet; cf. etiam Sievers (XII.) p 132 n. 41 de poeta Callistio.

e contrario omnes qui Eutropii nostri mentionem fecerunt eum neque in bellicis neque in publicis rebus versatum tradunt, sed σοφὸν[1]) vel quod perinde valet[2]) σοφιστὴν[3]) appellant: quae voces his temporibus generaliter de omnibus qui literis et doctrina claruerunt, usitabantur, proprie autem rhetores designabant[4]): rhetorem[5]) autem illum Acacii sororis filium et discipulum fuisse supra (sub lit. 3) demonstravimus ibique epistolam Libanii retulimus, in qua de nimia quadam Eutropii erga Iulianum reverentia[6]) queritur. Tempora quoque concinunt: nam Eutropius filius sororis Acacii, qui ipse aequalis etsi aliquot annis senior Libanii[7]) anno 314 nati fuit, rectissime aequalis Iuliani et Valentis designari potuit. In Oriente nostrum Eutr. versatum esse nomen imperatoris cui opusculum suum dedicavit indicat. Fortasse posterioribus temporibus in Occidentalem Romani imperii partem migravit: neque enim iam quidquam obstat, quominus eundem esse Eutropio illi ad quem Symmachus[8]) octo epistulas (III. 46—53) scripserit iudicemus[9]): scriptae sunt post annum 379 si re vera epist. 53 Ausonius vir clarissimus legendum est: at multa impedimento sunt de quibus vid. Tzschukke l. c. Quocumque modo res se habeat, videtur profecto Symmachus ep. 47 ad ultima Eutropiani Breviarii verba respexisse.

Non me fugit totam hanc ratiocinationem maximam partem in dubiis versari. Sed etiam aliis quibusdam causis adducor, ut maiore cum fiducia hanc opinionem proferam. Nimirum cum

---

[1]) Nicephor. l. c.; σοφώτατος Malal. l. c.

[2]) Vid. Suidam vv. σοφιστής, σοφός, σοφία Tzschukke p. XVII et XVIII.

[3]) Codin. Anonym. llcc. Suid. v. Ἐυτρόπιος.

[4]) Cf. e. gr. Eunapii libri inscriptionem (Βίους φιλοσόφων καὶ σοφιστῶν) orationem Themistii quae inscribitur σοφιστής (XXIII) locosque Themistii apud Sievers (III.) p. 17 n. 2.

[5]) Etiam Eutropium Breuiarii auctorem praeter Historiam Romanam alia (καὶ ἄλλα) scripsisse Suidas v. Ἐυτρόπιος testis est.

[6]) Cf. Nicephor. l. c. αἱρεσιώτην Ἰουλιανοῦ γεγενέσθαι.

[7]) Vid. Sievers (DD.) p. 276.

[8]) Qui ipse in Occidentis partibus antiquae religionis propugnator erat, sicut Libanius alii in Oriente.

[9]) De quibus cons. Tzschukke Praefat. c. 2.

alibi gravissimas res obiter tantum innuat, l. VI. cap. 14 solito copiosius de donis a Pompeio Seleuciae Antiochiae et Daphnensibus factis refert, quaeque paene nusquam alibi Sexto Rufo c. 16 et Hieronymo ad a. 1949 Eutropii aequalibus exceptis invenies[1]). Ex propria quadam harum rerum notitia[2]) haec petita esse videntur: nimirum Antiochiam sedem Libanii et aliorum quibuscum arta familiaritate Eutr. noster devinctus esse videtur atque maximam Orientis urbem fuisse satis constat. In Seleucia ei vicina sub Constantio imperatore portus constructus[3]) est ut Antiochia et Syria omnis cum mari coniungeretur. Denique Daphnis, amoeni illius Antiochiae suburbii, saepissime Libanius et multi alii saeculi quarti scriptores[4]) mentionem faciunt. Inclaruerat celebri incendio (a. 362) cuius culpam Iulianus in christianos transferre conatus est[5]) et saepissime contentioni inter christianos et antiquae religionis sectatores materiam praebuisse videtur: e. gr. Libanius de uit. I. p. 156 Reisk. praesidem provinciae ipsi inimicum cypressos in luco Apollinis excidere voluisse atque ipsius tantum intercessione ab hoc inceptu deterritum esse narrat[6]).

Liceat pauca de Eutr. interprete Paeanio addere, quem Eutr. aequalem fuisse et versionem suam circ. a. 379 confecisse ea quae l. IX. c. 24 ad textum Eutr. addidit, efficiunt: qua de re novissime Ern. Schulzius in Philologo XXIX. p. 285 sq. disseruit neque Paeanium nostrum saepius in epistulis Libanii nominato

---

[1]) De libertate Seleucensibus donata cf. Strab. XVI. p. 751.

[2]) Cf. similia quae apud Hieronym. Mommseu (Quellen des Hier. Leipzig 1850) p. 680 indicavit.

[3]) Hieron. ad a. 2361 p. Chr. 346 Liban. or. Ἀντιοχικός Reiske I. p. 361 cf. I. 4 sq.

[4]) E. gr. Capitolin. vit. Marc. Aurel. c. 8 Veri c. 7 Gallicau. vit. Auid. Cass. c. 5. 6 Ammian. XIX. 12, 19.

[5]) Vid. Ammian. XXII. 13 init. alios; Libanius hoc casu Μοιρῳδίαν ἐπὶ τῷ ἐν Δαφνῇ νεῷ (Reisk. III. 332—6) conscripsit.

[6]) Sievers (XVI.) p. 188 n. 2. — Simillime pleniorem apud Eutr. narratiouem de rebus gestis in Illyrico et Thracia (Orientis eius aevi dioecesi iu qua Gothicum Valens bellum gessit) inveuies uid. praecipue IV. 6 fin. cf. 8 (de Geutio) et VI. 10 (de M. Lucullo cf. Rufum c. 9). — Nota etiam quae ad Suetonii textum de Palaestinae urbe in honorem Augusti Caesarea nuncupata addit (VII. 10), quam patriam Acacii fuisse in eaque

eundem censere dubitauit[1]). Quae si vera sunt, Paeanius, Acacii et Libanii cum Eutropio affinitate vel arta familiaritate coniunctorum discipulus[2]) fuit: neque a probabilitate abhorret, Eutropii opusculum quod Valentis hominis rudis[3]) et graece linguae plane expertis[4]) in romana historia instruendi causa conscriptum fuerat, in graecam linguam Paeanium Eutropii condiscipulum atque familiarem vertisse, ut a Graecis quoque legi posset.

---

illum oratoriam artem docuisse Eunap. vit. Soph. p. 135 cf. Liban. epist. 667 (vid. Sievers (DD) p. 276 cf. (III.) p. 18 n. 8 (XVI.) p. 199 n. 68) testis est: diserte l. c. „quae nunc urbs est clarissima" Eutrop. addit.

[1]) Vid. Sievers (L) p. 241 cf. (DD) p. 277—8. Primum nominatur anno 357 vel 358 vid. ep. 352. 357. 512. 1383. 1384 Sievers l. c.

[2]) Vid. ep. 1383. 1384. Fortasse alius Paeanius ille erat, quem Liban. ep. 1400 commemorat; Paeanii eum cuiusdam filia Calliopio Hesychii filio genuit. Cum in epist. hac Calliopius ille cum Datiano, qui de Paeanii eius filii nuptiis iudicium dare iubetur, coniungeretur, non a veritate abhorrere videtur hunc Calliopium eundem esse atque virum saepissime a Libanio commemoratum cuiusque bis in literis ed eundem Datianum mentio fit (114 fin. 1033) atque qui magna in aula Constantii imperatoris auctoritate valebat: vid. Sievers (E) p. 220—1 cf. p. 67: nisi potius Paeanius ille filius Calliopii rhetoris Libanii amici fuit, quos non confundendos esse Sievers l. c. docuit. Epist. laudat. (1400) ad Datianum scripta est, ipsum virum Constantii temporibus potentissimum Libaniique fautorem: in qua cum ad Datiani iudicium de Paeanii et Pompeiani filiae nuptiis provocaret ad idem ep. 1077 respicit, ad eundem Datianum (non ad Tatianum vide Sievers (E) p. 218 cf. (AA) p. 267—8) scripta: de eodem itaque in utraque epist. Paeanio agitur. Qui in matrimonium duxit Pompeiani filiam, quam ep. 1077 Libanius κόρην τῆς σῆς (scil. Datiani) οἰκίας appellat; videtur esse Pompeianus, pro quo Liban. ep. 33 apud Iulianum ep. 1033 apud eundem Datianum intervenit vid Sievers (VI.) p. 54 n. 7. — Ceterum nihil obstat, quominus hunc Paeanium eundem esse illi saepius a Libanio commemorato quique fortasse versionem Eutr. conscripsit, censeamus: sed haerebis in quaestione de diversis Calliopiis qui apud Libanium inveniuntur: quam ne longior sim ut mittam adducor: itaque in dubio relinquo utrum Paeanius ille rhetoris amici et discipuli Libanii (patrem eius se Lib. appellat ep. 971. 1167) filius fuerit, an aulici illius viri qui (vid. Sievers l. c.) Consularis Macedoniae factus est, an denique incerti alicuius.

[3]) Vid. Ammian. XXXI. 14, 5 (subagrestis ingenii nec bellicis nec liberalibus studiis eruditus).

[4]) Vid. Themist. orat. VI. p. 71 IX p. 126 B. XI. p. 144 C.

Cap. II.

De Chronologia Eutropii.

In liberae rei p. temporibus describendis[1]) non multum Eutropium a chronicis qualia ultimis Romani imperii temporibus conscribebantur differre facile videbis: nimirum quamquam ab annalistica rerum narrandarum ratione interdum recedit atque ut fluxiorem et elegantiorem narrationem reddat multa diversis annis acta coniungit nonnumquam etiam ordinem rerum gestarum invertit iis quae in una provincia gesta sunt coniunctim narratis[2]) nihilominus numquam annalisticam illam rationem penitus relinquit et ubicumque annos singulos aliqua ratione notat[3]).

Ut ad singula transeamus, computat Eutr. tempora primum 1) numeris annorum quibus reges Romani imperaverunt (I. 1—8) deinde 2) annis post reges exactos (I. 9—15) tum 3) ad communem annorum consulum nominibus designationem transit interdum 4) annis ab urbe con-

---

[1]) Inde a l. VII. c. 8 quo Suetonium exscribere incipit, ad biographicam rationem se convertit (cum alii chronicorum scriptores usque ad finem res ad singulos annos adnotare pergant veluti Eusebius Cassiodorus): quam rem ipse in dedicatione operis innuisse videtur: res Romanas ab u. c. ad nostram memoriam . . per ordinem temporum collegi strictim, additis etiam his quae in principum uita egregia exstiterunt.

[2]) Cuius rei potissima exempla l. III. cap. 13—17 et l. VI. cap. 1—5 exstant.

[3]) Interdum vocibus usus velut eodem tempore, dum haec geruntur, post haec et similibus.

dita adnotatis; 5) bellorum quoque gravissimorum quibus duraverunt annos exhibet nec non 6) in bello Punico primo et secundo annis ab eorum initio (II. 19. 20. III. 12. 14. 20. 21.) ratiocinatur. Inde a l. VII cap. 8 denique 7) numeros annorum quibus singuli imperatores imperaverunt in fine vitae cuiusque addit etiamtunc interdum annis ab u. c. (4) adiectis. Quorum quae sub literis 3. 5. 6. 7. notavimus h. l. omissis, reliqua (1. 2. 4) ut accuratius pertractemus cum Livio[1]), quem solum pleniorem annalisticum fontem nobis servatum habemus, eorum comparationis opus est: et quidem cum plura ex Livio desumpta esse videantur, primum de iis in quibus cum Livio concinit Eutr., postea de iis quae apud utrumque diversa sunt disputabimus.

I. regum annos eosdem quos Livius Eutropius et Sextus quoque Rufus c. 2. exhibent scilicet numeros eorum apponunt, quos a fabianis partim a Cicerone in libro de republica partim a Diodoro eiusque excerptoribus Africano (Eusebio Syncello Hieronymo Cassiodoro aliis) allatis plane diversos esse vulgatum est[2]): itaque in codicibus Fuldensi et Leidensi 1, qui a Pauli Diaconi ex Hieronymo[3]) sumptis additamentis purum Eutr. textum servant, item in graecis Paeanii et Iohannis versionibus et in optimis Rufi codicibus Numa 43 et Ancus 24 annos regnasse dicuntur cum Anco Cicero[4]) atque Diodorus[5]) 23 annos, Numae Cicero[6]) 39 Diodorus[7]) 41 annos tribuant: in Romuli quoque et Tarquinii Prisci annis Eutr. Rufusque cum Livio nec non Cicerone[8]) consentiunt annis 37 priori 38 posteriori[9])

---

[1]) Cuius in aliis rebus cum Eutr. comparationem cap. sequ. invenies.

[2]) Vid. Mommsen röm. Chronologie p. 138 sq.

[3]) Quem secuti Pauli Historiaeque Miscellae codices annos 41 Numae 23 Anco 37 Tarquinio Prisco 34 Servio Tullio 35 Tarqu. Superbo tribuunt: nescio unde iidem Romulum 39 annos regnasse hauserunt, cum Eutr. 37 Hieron. 38 annos ei tribueret.

[4]) De re p. II. 18.

[5]) Apud Eusebium in Canone (ex eo Hieronymum et Cassiodorum) atque Syncellum.

[6]) De re p. II. 14 August C. D. III. 9.

[7]) Apud Eusebium cet.; cf. Chronogr. a. 354 p. 645 Mommsen.

[8]) De re p. II. 10, 20.

[9]) Ex Eutr. Iohannes fr. 34.

concessis cum Diodorus[1]) inverso ordine Romulum 38 annos Tarquin. Priscum 37 annos regnasse dixerit. In duorum denique ultimorum regum annis Rufus quidem cum Livio conspirat, 44 annis Servio Tullio 25 Tarquinio Superbo tributis cum Diodori excerptores Eusebius Hieronymus Cassiodorus eundem annorum numerum diverso modo (34+35 pro 44+25) distribuerent Diodorus ipse[2]) 44 quidem Servio sed Tarquinio Superbo 24 solum annos[3]) daret: de Eutropio nihil certi dici potest, cum in codice Fuldensi item apud Paeanium Tulliani principatus anni exciderint[4]); certe Superbo 24 annos Eutr. tribuit quem numerum praeter Fuldensem Paeanius atque Iohannes fr. 37 comprobant. Uno igitur tantum anno Eutr. computatio a liviana discrepare videtur quem idcirco Superbo Eutropium dempsisse puto ut summam totius regum Romanorum temporis uno anno minorem efficeret idemque non 244 annos quem numerum Livius I. 60, 3 affert sed 243[5]) tantum annos duravisse probaret: cuius inter Livium et Eutr. discrepantiae causas infra pertractabimus (p. 24—5 sub lit. 2).

Breuem Eutropii Rufi Diodori (scil. Eusebii eiusque excerptorum) Livii et Ciceronis regum annorum computationis conspectum apponimus:

---

[1]) Apud Eusebium cet.; alio loco (p. 217 Mai) Eusebius 38 annos Tarquinio tribuit.

[2]) T. IV. p. 49 ed. Bipont.; apud Eusebium quoque alio illo loco p. 217 Syncell. p. 449, 16.

[3]) Apud Euseb. ibid. Syncell. p. 450, 1.

[4]) Leidensis 1 et 4 numerum XLII exhibent eundemque Solinus 1, 25. — Iohann. Ant. fr. 35 (Cedren. p. 149 A) 44 annos Servio tribuit sed non omnia in hoc fragmento ex Eutropio fluxerunt. Pauli Historiaeque Miscellae codices Hieronymum secuti numerum XXXIV exhibent qui apud eos cap. 7 init. exstat, capit. eiusdem fine ubi numerum suum Leidensis 1 inserit, eodem omisso.

[5]) Quem numerum Rufus quoque exhibet: sed nisi codices fallunt, nullam correctionem in singulorum regum annis adhibuisse videtur.

	Livius [1])	Rufus	Eutrop.	Paulus et Hist. Misc.	Diodorus apud Eusebium Hieronymum in Canone (ex Hieronymo Cassiodorum)	Diodorus apud Eusebium aliis locis Syncellumque.	Cicero
Romulus	37	37	37	39	38	38	37
[Interregnum]	1	1	1	1	[1]	[1]	
Numa	43	43	43	41	41	41	39
Tullus	32	32	32[2])	32	32	32	?
Ancus	24	24	24	23	23	23	23
T. Priscus	38	38	38	37	37	38	38
Servius	44	44	?	34	34	44	?
T. Superbus	25	25	24	35	35	24	?
Summa:	244	244[3])	243?	242	240	240	238?
vel interregno incluso:					241	241	240[4])

II. Inde a l. I c. 9 annis post reges exactos tempora computare Eutr. incipit, quam computationem iam a censoribus usitatam esse Dionysius I. 74 testis est quamque apud Varronem quoque Ciceronem et posterioris aetatis Ioh. Lydum reperimus[5]). Quam Eutr. vel ipse fecisse vel in proximo (annalistico) suo fonte invenisse videtur[6]), cum ipsa singulorum annorum computatio cum Livio concineret[7]): neque enim ulla ratione numeri ab Eutr. appositi cum iis qui apud Ciceronem (de re p. II)[8]) inveniuntur conciliari possunt. Nimirum anni Eutr. p. r. e. primus (c. 9. 10) secundus tertius quartus et quintus (c. 11) annis ab u. c. (varron.) 245. 247. 248. 249. 250. respondent: cum enim Livius II. 8, 9 consules quidem anni 246 nominasset sed ipso hoc loco nomina consulum anni 247

[1]) I. 21, 6 (17, 6); 31, 8; 35, 1; 40, 1; 48, 8; 60, 3.

[2]) In cod. Leidensi 1 XXII pro XXXII scriptum est.

[3]) Vid. pag. super. n. 5; Rufus ipse numerum 243 affert.

[4]) De re p. II. 30 vid. Mommsen l. c.

[5]) Vid. Mommsen r. Chron. p. 198 n. 386. 387.

[6]) Ibid.

[7]) Qui ipse II. 8, 9 post res anno 245 gestas relatas „haec post exactos reges domi militiaeque gesta primo anno“ verba addit.

[8]) II. 32, 56; 33, 57; 35, 60: cuius annus verbis „decem fere annos post primos cons.“ designatus nonus p. r. e., sextus decimus septimus decimus Eutropii est.

excidissent et quae deinde[1]) narrantur ad annum 247 referenda sint[2]), ea ipsa[3]) Eutr. secundo anno facta esse refert; tertio anno narrat idem Tarquinium a Porsenna relictum Tusculum migrasse quae Livius c. 15 sub anno 248[4]) rettulit; quarto anno ab Eutr. de Sabinis triumphus ponitur quem Livius c. 16, 1 sub anno 249 narravit, quintus denique annus consulis unius nomine[5]) designatus anno 250 (Liv. 16, 2 sq.) respondet[6]).

Primorum itaque quinque post reges annorum Eutropii computatio mirum in modum cum Livii qui in codicibus atque apud Cassiodorum aetatem tulit textu consonat; constat autem[7]) Livium ipsum anni 247, qui in codicibus eius apud Cassiodorum et Eutropium excidit[8]) in sua temporum computatione rationem habuisse[9]), quam rem apud Eutropium quoque observare poteris[10]): non enim (cap. 12 init.) annum 253 quo secundum Livium (II. 18, 4) primum dictator creatus est octavum p. r. e. sed nonum numerat[11]) eademque ration (anno 247 scil. computato)

---

[1]) c. 9—14.

[2]) Vid. Mommsen Chronik des Cassiodor p. 556—57: nisi potius illa consulum a. 247 nomina inter capita 11 et 12 exciderunt: c. 11, 8 enim verba consulum alter T. Lucretius exhibet et hoc ipso loco Plutarch. Publ. 17 anni mutationem (ante Scaevolae facinus) ponit.

[3]) Romae per Porsennam oppugnationem atque ei ab Aricinis Cumanisque illatam cladem (Liv. 14, 5—9).

[4]) Quem falsis anni 246 consulum nominibus in nostris Livii codicibus designatum esse qui autem veram Livii servaverit lectionem Cassiodorum vera anni 248 cons. nomina apponere Mommsen l. c. docuit.

[5]) Valerius .. quater consul.

[6]) Falso quidem Eutr. Valerium eodem anno mortuum esse rettulit cum sequenti demum anno 251 eius mors accidisset vid. Liv. 16, 7 cf. Plut. Popl. 23 Dionys. V. 48.

[7]) Mommsen l. c. et r. Chron. p. 119 sq.

[8]) Ex Eutr. tertio anno Orosius II, 5 cum Porsenna bellum tribus continuis annis duravisse finxisse videtur (quam rem Moernerus non adnotavit).

[9]) Mommsen r. Chr. p. 119 n. 207.

[10]) De anno Tarqu. Superbi mortis (Eutr. c. 11) vid. infra Cap. III. § 2.

[11]) Livianam Eutropium versionem secutum esse per se liquet: Dionys. enim V. 59 anno demum ab u. c. 256 (12 p. r. e.) hoc accidisse narrat.

annos 260. 261. 262[1]) sextum decimum[2]), sequentem, octavum decimum[3]) post reges exactos nominat.

III. Annalisticam annorum ab urbe condita computationem ab ea quam fasti in lapidibus scripti eorumque excerptores nobis servaverunt plane diversam fuisse scil. annales tres (pro duobus) decemvirorum annos adnotasse e contrario quattuor annos quibus dictatores sine consulibus fuerint omisisse novissime Mommsen[4]) luculenter demonstravit: unius autem anni differentiam inter annalium quoque diversorum computationem exstitisse, prout capitolinum sive varronianum sub regibus annorum numerum in rationem inducerent, Livium denique usque ad librum IV prima inde a l. V altera ratione tempora computasse idem vir doctissimus[5]) probavit. Annis ab u. c. quos Eutr. servat cum Livio comparatis primus quem Eutr. apposuit eorum numerus (I. 18) ex Livio petitus esse videtur qui (III. 33, 1) cum de imperio a consulibus ad decemuiros translato ageret, haec anno trecentesimo altero quam condita Roma erat accidisse adnotavit qui annus varroniana ratione computatus 303 ab u. c. efficitur.

Sed cum Livius tres decemuirale imperium annos duravisse poneret eaque ratione in regum annis computandis adhuc Cato-

---

[1]) c. 13. 14. 15. vid. Liv. II. 28, 1 sq.; 33, 3 sq.; 34, 1 sq.

[2]) At Cicero de re p. II. 33, 57 annum demum 261 (Postumo Cominio Sp. Cassio coss.) sextum fere decimum fuisse refert scil. in eius fonte a. 247 omissus esse videtur: annum tamen 253 non octavum non denique nonum designavit sed (II. 32, 56) decem fere annis post primos cons. dictatorem primum creatum esse narrat vid. Mommsen r. Chr. p. 119 n. 206.

[3]) Verbis (c. 15 in.) octavo decimo anno postquam reges eiecti erant sine dubio annum anno 261 (c. 14) proximum designare voluit Eutr.: sed quae apud eum cap. laud. referuntur in annos cadunt sequentem 263 (v. Liv. c. 34, 7 sq. de Coriolano expulso) atque huic proximos [264. 265 a Livio praetermissos] 266 (quo Coriolanus Romam oppugnare conatus est).

[4]) r. Chr. p. 117 sq. (vid. praec. p. 120).

[5]) r. Chr. p. 121 n. 209. 210; nihilominus Livius ipse (I. 60, 5) iam libro I Varronem secutus 244 annos regibus tribuit, cum Eutr. I. 8 Rufusque c. 2 catonianum numerum exhiberent (vid. supra p. 14 n. 5. infra p. 24—25).

nem secutus in secundo anni ab u. c. numero apposito[1]) cum varroniana[2]) fastorum computatione concineret, Eutrop. duos tantum decemvirorum annos novisse videtur[3]): propterea enim fortasse annus Livio[4]) et fastis 316 ab Eutr. (I. 19) trecentesimus et quintus decimus dicitur: ceterum haec inter eum et Livium differentia non ex tertio decemvirali anno sed ex primo tribunorum militum consulari potestate anno scilicet hoc ipso 316-mo omisso orta esse potest: non enim Eutr. fons[5]) tribunorum mil. cos. pot. collegia quae consulum collegiis interposita sunt (scil. ante annum varr. 363 inde a quo per XV continuos annos tribuni illi nominati sunt) in rationem induxisse videtur: fortasse igitur ea quae anno fastorum et Livii 316-mo gesta sunt ad proximum annum 315-m, qui consulum nominibus (Liv. IV. 13, 6) designatus erat, Eutropius rettulit[6]).

Quoquo modo res se habet, nullius tertius decemvirorum annus omissus ad sequentium ab u. c. annorum apud Eutr. computationem momenti fuit: consentiunt enim plerumque Eutr. numeri cum livianis immo interdum iisdem maiores sunt: solus quem ad annum post Gallos ex urbe fugatos proximum Eutr. apposuit numerus[7]) minor est liviano, anno superiore a Livio (V. 54, 5) trecentesimo sexagesimo quinto nominato: sed ne haec quoque inter Eutr. et Livium differentia ex anno illo ab Eutr. omisso orta esse potest cum Livius inter l. IV cap. 7 et nostrum locum a catoniana ad varronianam computationem

---

[1]) IV. 7, 1 anno 310 quam u. R. condita erat.

[2]) Quam nostris temporibus usitatiorem in hac disputatione adhibuimus: fastos ipsos Capitolinos catonianum (vel capitolinum) quem dicunt annorum regum numerum computasse constat.

[3]) c. 18 primo anno .. secundo vid. infra p. 27.

[4]) IV. 16, 7. 8 (tres tribunos cos. pot. sq.)

[5]) Vid. II. 1: vid. infra p. 28 sq. (sub lit. 3) ubi de hoc errore Eutropio Cassiodoro Rufo communi disputabimus.

[6]) Anno enim 310, qui primus (Liv. IV. 7, 1) tribunos mil. habuit, consules quoque (suffecti) creati sunt (Liv. § 10) eosque solos ad h. annum Cassiodorus adnotavit, qui aeque ac Eutr. tribunorum huius temporis collegia omisit.

[7]) II. 1 anno trecentesimo sexagesimo quinto ab u. c. post captam autem primo.

transisset[1]) proptereaque fastorum varroniano numero (364) maiorem (365) l. c. exhiberet: qua in re Eutropium eum secutum esse licet decemvirali anno illo neglecto ab omni abhorret probabilitate: neque quidem h. l. eum simpliciter annum fastorum varronianum apposuisse facile crediderim cum ipse (I. 8) catonianum regum annorum numerum servaret catonianaque computatio in sequentibus annorum ab u. c. numeris (I. 18 [19]) ab eo appositis adhiberetur. Sive itaque error Eutropii nulla ratione explicari potest sive potius Livii loco laudato male intellecto numerum a Livio appositum ad proximum annum rettulit: Livius enim ipse orationem Camilli in qua numerum illum nobiscum communicavit post Gallicam victoriam et Camilli triumphum (V. 49, 6. 7.) collocavit.

Ad ceteros annos ab u. c. ab Eutropio adnotatos transimus, cum errores Eutropio Cassiodoro Rufo communes, qui l. II cap. 1 et 3 exstant, infra (p. 28 sq.) a nobis pertractandi sint: iam tres qui proxime (II. 15. 18. III. 10) secuntur nulla ratione ex Liviana vel quacumque alia temporum computatione explicari possunt: respondent autem anni Eutropii 461[2]) fastorum varroniano 481 liviano 478[3]), Eutr. 477[4]) varr. 489 vel 490 liv. 486 vel 487, Eutr. 540[5]) varr. 538 liv. 535: atque ultimo quidem loco nullum ab u. c. annum Livius apposuit, duobus superioribus hunc quoque annos ab u. c. adnotasse propterea verisimile est, quod annis illis gravissimae res designantur scil. finis belli cum Pyrrho primaque cum Hellenicis civitatibus commercii exordia atque primi transmarini quod Romani gesserunt belli initia. Animadverte omnia quae Eutr. l. II c. 18 narrat

---

[1]) Mommsen l. c.

[2]) II. 15 C. Fabio Licino C. Claudio Canina coss.

[3]) Nimirum Livius qui V. 54, 5 et VII. 18 uno maiores varronianis annorum numeros exhibuerat, inde ab annis 421—453 tribus iisdem minores afferre incipit, quattuor annis quibus dictatores sine consulibus fuerint, non numeratis.

[4]) II. 18 (Paeanius falsum numerum 470 exhibet).

[5]) III. 10 (ex Eutr. Oros. IV. 16) L. Aemilius Paulus P. Terentius Varro coss.: cod. Fuld. et L. LC. Hearnii falsum numerum 550 apponunt.

in annum cadere varr. 490[1]), sed cum hoc anno iam bellum punicum exortum sit, prima capitis verba[2]) potius ad superiorem annum 489 referenda esse: qui annus si computationem quam apud Livium alibi inveniri vidimus adhibueris, 486 fuisse efficeretur, potest tamen fieri ut iam in codicibus Livii h. l. error commissus sit: proximus enim annus 490 alio Livii loco[3]) non numero 487 sed (levi sane errore) 478[4]) designatur: ex quo fortasse Eutropianus numerus 477 ad superiorem annum appositus ortus est.

Iam qui deinde ab Eutr. appositi sunt anni ab u. c. luculenter demonstrant, Livio eum usum esse: nam cum (IV. 2) quingentesimum quinquagesimum primum annum ab u. c. apponeret, Livium secutus est qui (XXXI. 5, 1) eodem anno (varr. 554) bellum cum Philippo rege initum esse

---

[1]) Quem Eutr. ipse consulum nominibus (Appio Claudio Quinto Fuluio) designat: sed lustrum quoque ab Eutr. ibid. commemoratum anno 490 conditum esse non solum a fastis Capitolinis traditur sed etiam e Periocha XVI elucet, quae eiusdem post Hieronis pacem meminit: quam pacem anno 490 factam esse Livius tradidisse videtur: vid. Perioch. quae eam ante lustrum illud et ante primum quoque a Dec. Bruto editum gladiatorium munus (a. 490 secundum Val. Max. II. 4, 7) refert atque Victorem de v. i. 37, qui eam ab App. Claudio a. huius consule factam esse narrat cf. Flor. I. 18 (II. 2) Oros. IV. 7; aliam huius rei famam fasti Capit. et Graeci scriptores (Polyb. I. 16 Diodor XXIII. 4 Dio apud Zonar. VIII. 9 p. 385 A) servarunt, qui pacem illam in a. 491 demum posuerunt: cuius anni consulem M'Valerium de Hierone triumphasse fasti retulerunt, cum a. 490 unius tantum consulis (M. Fuluii Flacci) de Volsiniensibus triumphum agnoscerent, alterum (Appium Claudium) plane praeterirent: itaque Livium secutus Eutrop. l. c. Appium Claudium a. 490 de Hierone triumphasse narrat, sed ipse falsissime pacem cum eodem non in a. 490 non denique in a. 491 ponit sed anno demum 492 (tertio anno belli Punici) in Sicilia contra Hieronem bellum patratum esse eumque pacem a Romanis impetrasse refert: finem belli in Sicilia quae hoc anno (492) Agrigento capta omnis a Romanis occupata est cum pace Hieroni data confudisse videtur Eutr.

[2]) Cum iam clarum urbis Romae nomen esset, arma tamen extra Italiam mota non fuerant.

[3]) XXXI. 1, 4.

[4]) Mommsen l. c. n. 210.

narrat[1]), porro quem (IV. 10) annum sescentisimum et alterum affert consulum nominibus additis varron. 605 est, livian. 602[2]), item annus Eutr. (IV. 22) sescentesimus vicesimus septimus varron. 630 livian. 627[3]), denique an. Eutr. (IV. 23) sescentesimus tricesimus tertius[4]) varr. 636 livian. 633[5]).

Cum liviana computatione infra quoque (VI. 7) conspirat Eutropius, ubi annus eius sescentesimus septuagesimus octavus[6]) varr. 681 livian 678 est[7]). Sed interiectae sunt quattuor annorum ab u. c. mentiones, in quarum prima duobus, ceteris autem congruenter uno anno livianae computationi (scil. quinque tum quattuor annis varronianae) cedit; neque equidem causam huius erroris me invenire potuisse profiteor quem ipse Eutr. (vel fons eius proximus) animadvertisse et VI. 7 ad livianam computationem revertisse videtur: annus itaque Eutr. (IV. 24) sescentesimus tricesimus quintus[8]) varr. est 640 livian.

---

[1]) Annum hunc ab Eutr. allatum non ut in editionibus fieri solet ad Flamininum adversus Philippum missum sed ad ipsum Macedonici belli initium (cap. 1) referri debere Paeanius docet (*ἠκολούθησε δὲ ὁ Μακεδονικὸς πόλεμος ὁ πρὸς τὸν βασιλέα Φ. πρώτῳ . . . ἔτει. πρὸς ὃν Τίτος κ. τ. λ.*)

[2]) Consentit Perioch. XLIX (tertii Punici belli initium altero et sescentesimo ab u. c. anno) et Oros IV. 22 in.; cf. Per. XLVII. Livium quoque h. l. ex more suo annorum numerum inter secundum et tertium Punica bella (Eutr. anno quinquagesimo primo postquam secundum Punicum transactum est) addidisse verisimile est.

[3]) De consulum nominibus h. l. male ab Eutr. confusis infra cap. III § 5 tractabimus.

[4]) Hic numerus in codice Leid. 1 apud Paulum alios legitur: Fuld. habet 603 Paean. 630.

[5]) Vid. cons. nomina (Marco Porcio Catone et Q. Marcio Rege).

[6]) Vid. Fuld. Paean. Leid. 1 (erravit Verheyk) alios.

[7]) Hoc enim anno et M. Lucullus huius anni cos. in provinciam suam abiit (Eutr. Macedoniam prov. M. Licinius Lucullus accepit) vid. Cic. Verr. II. 8 Druman IV. p. 177 n. 36 et bellum servile exortum est (Eutr. l. c.) vid. Oros. V. 24 (Lucullo et Cassio coss.) Per. XCV (quae haec inter Curionis procos. res anno 681 gestas et L. Luculli eodem anno apud Cyzicum victoriam retulit).

[8]) Ita Fuld. Paul. alii; Leid. 1 falsum numerum DCXXIIII exhibet, Paean. annorum ab u. c. numerum omnino non addit sed haec *εἶτα πολλοῖς ὕστερον χρόνοις* accidisse notat, quamquam inter res h. capite et capite superiore narratas tres tantum anni interiacent.

637[1]), anni autem eiusdem (V. 3) sescentesimus quinquagesimus nonus[2]) varr. 663 liviano 660[3]), (V. 4) sescentesimus sexagesimus[4]) secundus varr. 666 liviano 663[5]), (VI. 6) sescentesimus septuagesimus sextus[6]) varr. 680 liviano 677[7]) respondent.

Usque ad l. VI cap. 6 igitur uno minores livianis numeros apponit Eutr., capite enim iam sequente (7) cum liviana computatione conspirat[8]), capite denique proximo (8) uno anno eam antecedit, anno varr. 683 liviano itaque 680[9]) sescentesimo octogesimo primo nominato, qua ratione quattuor qui secuntur locis utitur scil. cap. l. VI 15—18: nimirum anni Eutr. (c. 15) sescentesimus octogesimus nonus[10]) varron. 691 liviano 688[11]), (c. 16) sescentesimus nona-

---

[1]) Vid. Eutr. l. c. C. Cato consul: consulem eum hanc cladem accepisse Perioch. LXIII quoque cf. Flor. I. 38 (III. 4) et ex eo Ammian. XXVII. 4, 4 refert. Fortasse Eutr., qui capite superiore res annis varr. 636 et 637 gestas narraverat consulum nominibus et prioris anni numero vere liviano (uid. p. super. n. 4. 5.) appositis, annum quo Cato cos. fuit ultimo cap. superiore relato proximum (varr. itaque 638 livian. 635) fuisse putavit, scil. duo consulum collegia (annorum varr. 638 et 639 liv. 635. 636) in eius fonte exciderunt.

[2]) Ex Eutr. Oros. V. 18; in quibusdam cod. vox nono deest.

[3]) Vid. coss. nomina apposita (Sexto Iulio Caesare L. Marcio Philippo.)

[4]) Quae sane Eutr. lectio minime firma nititur auctoritate: nam optimi cod. Leid. 1 et Fuld. vocem sexagesimo plane omittunt (annum itaque 602 exhibent) Graecus pro ea ἑβδομηκοστῷ ponit (scil. a. 672): melior quam recepimus lectio Orosio V. 19 (uid. Moerner p. 76 n. 19 p. 129) et Pauli codicibus (qui h. l. Eutropii non Orosii verba exhibet) confirmatur.

[5]) Vid. res ibid. narratas et Syllae consulis (ibid. et c. 3 fin.) mentionem cf. Append. I.

[6]) Vid. Fuld. Pacan. Paul.; errant Leidenses codices (etiam primus, qui numerum 666 exhibet).

[7]) L. Licinio Lucullo M. Aurelio Cotta.

[8]) Vid supra p. 21 n. 6. 7.

[9]) P. Cornelio Lentulo Cn. Aufidio Oreste.

[10]) Quae lectio Pacanio Oros. VI. 6 Pauli codicibus confirmatur: mire codices Eutr. et optimae quidem notae variant (Fuld. 699 Leid. 1 DCLXXVIIII.)

[11]) M. Tullio Cicerone oratore C. Antonio.

gesimus[1]) varron. 692 liviano 689[2]), (c. 17) sescentesimus nonagesimus tertius[3]) varr. 695 liv. 692[4]), denique (c. 18) sescentesimus nonagesimus septimus[5]) varroniano 699 liviano 696[6]) respondent.

Quae omnia nulla ratione explicari posse satis credo: nimirum etiamsi quis capita V. 3. 4. VI. 6. quibus uno anno livianae computationi cedit Eutropius, e fonte quodam annalistico hausta esse putaverit, qui in ceteris cum Livio conspirans uno tantum anno minorem regibus Romanis annorum summam[7]) tribuisset, certe nulla ratione numeri novissime ab Eutr. appositi (VI. 8. 15. 16. 17. 18), qui uno livianis maiores sunt, explicari possunt: nam fastorum in lapidibus scriptorum computationi duobus annis si varronianum[8]), uno, si catonianum vel capitolinum regii temporis calculum[9]) adhibeas, cedit Eutropius. Multos ipse vel eius fons errores commisisse videtur quos ut inter se conciliaret l. VI capit. 6. 7. 8. ex annis quattuor (varr. 680—683 liv. 677—680) sex proprios confecit (676—678—681): quorum errorum utrum iam Livius ei auctor fuerit, in incerto relinquo.

Quas usque adhuc Eutropii a Livio percensuimus dissensiones, calculi ut ita dicam errores esse videntur neque eos confundere velis cum aliis apud eundem chronologicis quae vel plane in Livio non inveniuntur vel ab livianis diversa sunt, petitaque esse videntur e vulgata notitia quam apud posterioris aevi scriptores servatam esse animadvertes: quae suo quodque

---

1) *καὶ ἐννάτῳ* falso adiecit Paean.

2) D. Iunio Silano L. Murena cons.

3) Vid. Fuld. Leid. 1 Oros. VI. 7 in. Paul. et Paean. (*τρίτῳ πρὸς τοῖς εἰρημένοις*).

4) C. Iulius Caesar... cum L. Bibulo cos. est factus.

5) Codic. Eutr. et Oros. VI. 13. — Paean. recte quidem hoc *τέσσαρσι ὕστερον ἐνιαυτοῖς* accidisse scribit sed falsum annorum ab u c. numerum (707) adiicit.

6) M. Licinius Crassus collega Cn. Pompeii Magni in consulatu.

7) Vid. tertium Schema apud Mommsenium r. Chr. p. 120.

8) Vid. secundum Schema l. c.

9) Vid. ibid. primum Schema. Eutr. numeri inter quartum et primum cadunt.

loco ab Eutr. addita sunt sed ita ut saepe numeri nequaquam aut inter se aut cum liviana temporum computatione, quam generaliter Eutr. adhibuit, convenirent; et primo quidem loco in censum veniunt definitiones quas affert temporis Romae conditae liberae rei publicae institutae eiusque sub Caesarum dominationem redactae: quarum singulas perlustramus:

1) Romam Eutrop. I. 1 Olympiadis sextae anno tertio conditam esse refert: quam definitionem a Pomponio Attico (in libro qui annalis inscriptus erat) inventam postea a Cicerone Varrone aliis adhibitam esse constat[1]): itaque apud imperatorum aevi scriptores pervulgata erat[2]), qui Varronis potissimum auctoritate ut eam reciperent adducti esse videntur[3]). — De alia ab Eutr. apposita Romae conditae temporis definitione (ibid. post Troiae excidium ut qui plurimum minimumque tradunt anno trecentesimo nonagesimo quarto) nihil est quod addam cum nulli quae nobis servata est aliae[4]) eiusdem rei definitioni conciliari possit: vid. quae de ea Niebuhrius[5]) disseruit[6]).

2) Reges Romae per annos ducentos quadraginta tres regnasse Eutrop I. 8 refert: quam definitionem sexti saeculi fine vel septimi initio, tralaticio numero (240) ex causis non sane perspicuis aucto ortam esse Mommsenius[7]) probavit: huic numero sequentis saeculi octavi scriptores unum annum addiderunt, interregno scilicet primo, quamquam iam in priore numero (243) computatum esse videtur, toti numero addito 244 annorum summam effecerunt, quam Livius quoque (I. 60, 3) in narrationem suam recepit: posteriores tamen imperatorum aevi

---

[1]) Vid. Mommsen r. Chr. p. 145—148; ibid. p. 144 de ratione qua Atticus adductus sit ut eam statueret.

[2]) Ibid. p. 148 n. 280.

[3]) Vid. quos Mommsen n. 279 percenset.

[4]) Vid. Mommsen r. Chr. p. 155 n. 294. Schwegler r. Gesch. I. p. 344 n. 4 sq.

[5]) Röm. Gesch. I. p. 301 (154).

[6]) De aetatis Romuli atque diei qua Roma condita est definitionibus vid. cap. sequ. § 1.

[7]) R. Chr. p. 141—2.

scriptores antiquiorem illum numerum adhibere solent[1]): quorum Eutropius et Rufus c. 2. 3. singulorum quidem regum annos secundum Livium[2]) apponunt, summam autem uno anno minorem exhibent, neque quidquam Rufus ut hanc discrepantiam conciliaret fecisse videtur nisi codices fallunt[3]), e contrario Eutrop. qui Livium secutus interregni primi annum in computationem suam receperat (c. 2) ultimi regis annis unum dempsisse videtur ita ut ex XXV Tarqu. Superbi annis quos Livius apposuit, suos XXIV efficeret[4]). Nemo tamen, qui in cadentis aevi scriptoribus pertractandis versatus est, numerum hunc Eutropii (243) neque cum urbis conditae temporis definitione ab eo prolata[5]) neque cum calculo quem Livium secutus liberae rei p. temporibus definiendis adhibuit conciliari posse mirabitur: immo postquam per libros sex integros calculo hoc usus erat, multis erroribus commissis, postremo quinque capitibus (VI. 8. 15. 16. 17. 18) uno livianis maioribus numeris appositis[6])

3) totius liberae rei publicae temporis summam non ex Livio neque quantum iudicare possumus ex alio ullo melioris aevi chronicorum scriptore haustam adscripsisse sed computàtione usus esse videtur fastorum in lapidibus scriptorum, qui pro 464 livianis 467 annos a primis consulibus usque ad Hirtii et Pansae consulatum (inclus.) computarunt: quam summam si ad catonianam regum temporis summam (243) addis, 710 anni ab u. c. usque ad consules illos efficiuntur conspiratque Eutropius (VII. 1) qui superiorem, quo Caesar interfectus est annum[7]) septingentesimum nonum designat. Quem calculum, qui in Capitolinis fastis nobis servatis adhibitus est, ut vere Eutropium adhibuisse putemus neque casu hunc numerum ab eo appositum esse admittamus, cum Rufo compa-

---

[1]) Ibid. p. 144 n. 270.

[2]) Supra p. 13—15 (sub lit. I).

[3]) Ibid. p. 14 n. 5 p. 15 (n. 3).

[4]) Ibid. p. 14.

[5]) Nimirum Romae Olymp. 6, 3 conditae definitio ipsa in liviana regum temporis summa (244) nititur vid. Mommsen l. c. p. 144.

[6]) Vid. supra p. 17 sq. (sub lit. III).

[7]) Anno urbis septingentesimo fere ac nono interfecto Caesare ... Antonius consul.

ratione adducimur: qui ter (c. 2. 3.) hanc liberae rei p. temporis summam (467) exhibet[1]) neque codices falsa proferre inde elucet, quod ad eandem summis regum temporis (243) atque sub Caesarum dominationem rei p. redactae usque ad a. p. Chr. 364, quas Rufus ibid. apponit, additis numerus 1117 efficitur quam annorum summam Rufus ipse (cap. 2 init.) ab u. c. usque ad Valentis initia numerat. Animadverte annorum illam (710) summam ab u. c. usque ad Hirtii et Pansae consulatum, inde a quo Caesarum imperium computari solebat, ab Orosio[2]) quoque exhiberi et a Rufi Eutropiique aequali Victore[3]), qui victoriam apud Actium fastorum catonianam computationem secutus a. septingentesimo vicesimo secundo[4]) (varr. 723) ab Augusto reportatam esse dicit[5]).

Quam denique Rufus ll. cc. annorum summam (407) a Hirtii et Pansae consulatu usque ad Valentis initia (364 p. Chr. 1117 varr.) affert, uno tantum anno iusto numero máior est[6]) propterea que ipse catonianum calculum secutus, c. 2 init. varronianum annorum ab u. c. usque ad Valentem numerum attulit (1117); at Eutropius hac in re duorum annorum errorem commisisse videtur; nam duo annorum ab u. c. numeri, quos in posterioribus libris apposuit, uno anno varronianum calculum antecedunt: vid. VIII. 1 anno octingentesimo et

---

[1]) Vid. cap. 2 (consules fuerunt a Bruto et Publicola in Pansam et Hirtium numero DCCCCXVI praeter eos qui in eundem annum forte aliqua sunt subrogati per annos CCCCLXVII) de singulis vid. infra p. 30 n. 1.

[2]) VI. 18 vid. Moerner p. 76 n. 24.

[3]) Vid. Caesar. c. 1 init.; Epit. c. 1 init.

[4]) Addidisse videtur Victor ad 710 illos 12 annos quibus cum Antonio Augustus imperavit (Sueton. Aug. c. 8 ex eo Eutr. VII. 8). Quae Epitome l. c. addidit, accidisse haec anno ab exactis regibus CDLXXX, ex eadem additione 12 illorum Augusti annorum ad fastorum Eutropii Rufique summam liberae rei p. temporis (467) orta esse videntur (467+12=479).

[5]) Negari non potest fortasse iam Livium eandem summam (710) exhibuisse: nam qui eundem plane calculum adhibuit Dionysius annum quo opus suum conscripsit varr. 746 non 743 sed 745 nominat, ceterum omnibus aliis rationibus adductus vid. Mommsen l. c. p. 122 sq.

[6]) Fortasse Rufus annum, quo Hirtius et Pansa coss. fuere, bis in calculum induxit.

quinquagesimo ab u. c. Vetere et Valente consulibus (varr. 849) et X. 18 Ioviano eodem et Varroniano coss. anno u. c. millesimo centesimo et octavo[1]) decimo (varr. 1117).

De affinitate[2]), qua cum Eutropio Rufus coniunctus sit, in hac operis nostri particula tractare supersedimus: quam ad affinitatem pertinent etiam ea, quae hoc capite de chronologicis apud Rufum attulimus: itaque singulorum regum annis secundum Livium[3]) appositis, maiores numeros (regum liberaeque rei p. tempora definientes) ex notitia suo aevo vulgata Rufus addidit. Consentiunt autem Eutropius et Rufus etiam in aliis quibusdam quae Cassiodoro comparato ad Livii, quo hi omnes scriptores usi sunt[4]), textum adscripta ipsaque ex vulgata saeculi quarti notitia petita esse videntur: de quibus Eutrop. locis supra[5]) accuratius tractare omisimus; sunt autem haec:

1) Duos tantum decemvirorum annos Eutrop. I. 18 affert totidemque Rufus c. 2; quem numerum in fastis in lapidibus scriptis eorumque excerptoribus exstitisse constat: apud Eutropium quidem et Rufum haec ex Livio ipso negligenter perlecto orta esse possunt.

---

[1]) Vid. cod. Fuld. Paul. alios h. l. et cap. 17 ubi paene omnes codices verba duobus de viginti exhibent (Leid. 1 pro XVIII cap. 18 XVII, cap. 17 XII numeros affert).

[2]) Cave enim credas ipso Eutropio usum esse Rufum, quae vulgata est opinio.

[3]) Mommsenius quidem (r. Chr. p. 113 n. 196) Rufum ex fastis Idatianis similibus hausisse putat: sed quae affert, Rufum consules unius cuiusque anni nominibus designasse, annos quibus decemuiri, tribuni mil. cos. pot. et nulli omnino curules magistratus fuerunt solum adnumerasse, Eutropii quoque et Cassiodori chronicis propria sunt; item cum vir doctissimus l. c. p. 116 n. 203 ex Rufi verbis c. 3 (sub consulibus inter quos nonnumquam et dictatores fuerunt) eum in fonte suo annos quibus dictatores sine consulibus fuerunt invenisse concluderet, non animadvertisse mihi videtur, Rufum c. 2 cum annos singulos, quibus nulli consules creati sunt, computaret nihil omnino de dictatoriis illis annis adnotasse: itaque de dictatoribus qui eodem quo coss. quoque anno creati sunt, verba fecisse videtur Rufus (aliter res sese habere videtur cum Eusebii locis ab eodem allatis).

[4]) Vid. Mommsen Chronik des Cass.

[5]) p. 18 n. 3 cf. 5; p. 19.

2) Quattuor pro quinque livianis (VI. 35, 10) annos quibus nulli curules magistratus Romae fuerunt Eutrop. II. 3 Rufus l. c. Cassiodor ad a. 362 apponunt: quem errorem pervulgatum esse constat et iam in Fabii latinis annalibus atque apud plurimos scriptores cum annalistico fonte [1]) tum etiam fastis quibusdam [2]) usos exstare.

3) Cum his arte cohaeret, immo maioris quoque ad naturam fontis, quo tres laudati scriptores usi sunt, indagandam momenti est ratio, quam in annis, quibus tribuni militum consulari potestate in loco consulum creati sunt, computandis adhibuerunt: ut breviter summam eorum erroris exprimam tribunorum mil. annos consularibus annis interpositos (a. varr. 316—362) omittunt: et quidem Eutropii fontem haec fecisse inde elucet, quod tribunorum ipsam institutionem sub anno demum 365 ut novam plane rem commemorat (II. 1); ceterum Cassiodorus singula eorum collegia omittit in eorumque [3]) et trium vel (Eutropio et Rufo vid. supra sub lit. 1 comparatis) potius duorum decemvirorum annorum locum XL decemvirorum annos inducit (ad a. 302): quae lucubratio ab Eutropio sane aliena est et a Cassiodoro ut numerum quem exhibere videtur liberae rei p. annorum (usque ad a. varr. 705) 461 462 vel 463 [4]) efficeret adhibita esse

---

[1]) Vid. Mommsen r. Chr. p. 204 n. 393: praeter Eutr. Rufum (ex eo Iordanem) cf. Cassiodorum huc pertinet eiusdem saeculi scriptor Vopiscus Tacit. 1. atque quem Mommsen omisit Dio apud Zonar. VII. 24 p. 351 D (paucis superius cum fragm. Dion. 29, 1. 2. concinit): *ὡς καὶ ἐπὶ τέσσαρσιν ἔτεσιν ἀναρχίαν γενέσθαι τῷ δήμῳ.* — Verum numerum praeter Livium Lydus quoque de mag. I. 38 exhibet.

[2]) Nimirum Idatium (de quo vid. infra p. 29 n. 3); verum numerum Chronogr. a. 354 exhibet.

[3]) Cum annus 310 consules quoque habuerit, quos solos Cassiodor. exhibet (vid supra p. 18 n. 6), 29 collegia tribunorum a Livio nominatorum a Cassiodoro omissorum exstant (annis 316. 321. 322. 328—330. 332. 334—340. 346—360). Anni 316 tribunorum nomina Eutropii quoque fontem fortasse omisisse supra (p. 18) innuimuis: res enim h. a. gestas propterea Eutr. in annum superiorem 315 rettulisse videtur.

[4]) Vid. Mommsen Chronik des Cassiodor p. 555: Livius a regibus exactis usque ad a. varr. 705 (incl.) 458 annos computasse videtur Rufus et Eutropius 461 (vid. supr p. 25 sub lit. 3) Hieronymus quo in multis Cassiod. usus est 464 (ex Eusebio vid. Syncell. p. 451, 1.)

videtur; in ceteris tamen consentiunt et quidem cum Eutr. l. c. (II. 1) anno demum trecentesimo sexagesimo quinto post captam autem primo (365 varr.)) dignitates mutatas esse et pro duobus coss. tribunos mil. cos. pot. factos esse narraret, ipsa utriusque fontis verba Cassiodorus servasse videtur, qui procul dubio rectius hanc status rei p. mutationem non ad a. varr. 365 sed ad a. 362 rettulit[2]), qui ultimus consules (L. Valerium Potitum M. Manlium Capitolinum: Liv. V. 49) habuit atque inde a quo per XXV continuos annos (363—387) consulare imperium cessavit. — Iam in hoc temporis spatio Livius XVI vel potius XV tribunorum collegia (anni 378 tribunorum nominibus omissis) tum V annos anarchiae denique iterum IV tribunorum collegia, in summa itaque XXIV annos numerat: quam summam Cassiodorus quoque servavit, singulis numeris aliter dispositis (XVII trib. IV anarch. III trib.) consentitque simili ut videtur fonte usus Idatius in hoc temporis spatio XVIII (lege XVII) tribuniciis IV sine magistratibus ... tribuniciis annis numeratis[3]). Eiusdem denique erroris vestigia apud Eutropium et Rufum exstant, quorum prior numerum quidem annorum quibus tribuni mil. creati sunt inter primum annum post u. a Gallis captam et anarchiam (II. 1) omnino non affert, tamen anarchiae annos (vid. supra sub lit. 2) atque tribunicios qui eam secuti sunt plane ut Cassiodorus (IV+III) numerat (II. 3), Rufus denique (c. 2) vel corrupto fonte negligenter usus non solum quos Cassiod. et Eutrop. quoque omittunt (316—362), sed etiam continuos illos qui Gallicam incursionem secuti sunt tribunicios annos neglexit, anarchiae tamen atque tribuniciorum annorum qui eam

---

[1]) Vid supra p. 18. 19.

[2]) Nimirum Cassiod. omnia quae annis varron. [362. 363] 364 gesta sunt ad annum cons. nominibus designatum 362 rettulit atque tunc (post u. a Gallis liberatam) tribunos institutos esse narravit quae itaque rei p. status mutatio secundum eum a. 363 facta esse videtur: quae male intellexit Eutr.

[3]) Quam Idatii et Cassiodori affinitatem Mommsen Chr. d. Cass. p. 553 not. observavit: in reliquis non annalistico fonte sed fastis usus est Idatius: itaque computat singula tribunorum collegia consulum collegiis (310—362) interposita, quae omittunt Cassiod. Eutr. Ruf.

secuti sunt eandem quam Cassiod. et Eutrop. summam (IV+III) exhibuit[1]).

Quae omnia mirum in modum opinionem quam eloqui solum, non uberius explicare huius operis mei particulae est confirmant, scilicet exstitisse saeculo quarto chronicon maiorem partem e Livio derivatum quo praeter Eutropium Rufum Ammianumque atque (in paucis) Hieronymum[2]) Cassiodorus quoque usus esse videtur: iam Cassiodori liviana e Livii exemplari quodam a Nicomachianis quas dicunt interpolationibus puro fluxisse Mommsenius l. c. probavit illustreque huius rei exemplum attulit, Cassiodorum anni 247 consulum nomina perinde ac Livium omisisse genuina tamen a. 248 consulum nomina servasse, cum Nicomachus codicum errorem falso loco corrigere conatus sit; cum autem annus ille (247) etiam ab Eutropio praetermissus sit[3]), ex quo Cassiodori Chronicon fluxerit Livii exemplar (vel potius chronicon quodam e Livio haustum Eutropiique et Cassiodori fons communis) saeculi quarti medii quin fuerit non dubito: quam opinionem confirmant pauca historica quae Cas-

---

[1]) Totum Rufi locum appono, quomodo in cod. Fuldensi etiam inter Eutropianos optimo, cuius collatione praeceptoris Mommsenii gratissima ope uti mihi licuit, legitur: consentit Iordanes, aliis Rufi codicibus (vid. Verheyk) male corruptis:

„Consules fuerunt a Bruto et Publicola in Pansam et Hirtium numero „DCCCCXVI praeter eos qui in eundem annum forte aliqua sunt subro„gati per annos CCCCLXVII: novem enim annis Romae consules defuerunt: „sub decemviris annis duobus sub tribunis militaribus annis tribus [sine „magistratibus] Roma fuit annos quattuor.“ (inclusa [ ] omisit Fuld). Novem tantum (II+IV+III) annis Romae consules non fuisse Rufi ipsius sententiam veramque lectionem esse inde eluet, quod a numero 467 (quo totius liberae rei p. annos expressit Rufus), numeri 916 (scilicet numeri singulorum ordinariorum consulum per hoc tempus secundum Rufum) dimidio deducto novem restant ($467-\frac{916}{2}=9$).

[2]) Quorum cum Eutropio comparationem ad opportuniorem occasionem reservavi: quo loco etiam de paucis similis fontis vestigiis quae apud Historiae Augustae scriptores (saeculi quarti ineuntis) vid. supra p. 28 n. 1 infra cap. III § 1 (p. 47 n. 2) § 5 inveniuntur tractabo.

[3]) Vid. supra p. 15. 16: de ceteris annis a Cassiodoro omissis (vid. Mommsen l. c. p. 555) nihil ex Eutr. discere possumus: nam anni quidem varr. 485 consulum nomina exhibet Eutr. II. 16 in., sed eadem non a Cassiodoro ipso sed a scriba praetermissa a Cassiodoro annum illum computatum esse Mommsen l. c. luculenter probavit.

siodorus ad annos adnotavit quorumque plurima cum Eutropio (atque Rufo) concinunt. Initium facio a gravissimo huius generis loco (Cassiodor. ad a. 362) ubi non cum Eutropio Rufoque solum sed etiam cum Servio ad Virg. Aen. VI. 825 ipso eiusdem aevi scriptore[1]) arte cohaeret Cassiodorus. Qui cum omnes multa h. l. a Livio aliena exhibeant, in extenso locos eorum, Livii quoque capitibus additis, appono:

Cassiodor. ad a. 362.	Eutropius I. 20.	Servius ad Virg. Aen. VI. 825.	Rufus c. 6.	Livius.
			(1) cum Gallis gravissima bella p. R. habuit. Galli enim etiam eam partem Italiae, in qua nunc Mediolanum est, usque ad Rubiconem fluvium tenebant[2])	
				V. 25, 11: integrant seditionem trib. plebis, incitatur multitudo in omnes principes ante alios in Camillum: eum praedam veientanam publicando sacrandoque ad nihilum redegisse[3])
	(1) Sed commota est ei invidia (Camillo), quasi praedam male dividisset[3])	(7) propter Veientanam praedam non aequo iure divisam[3])		
	(2) damnatusque ob eam causam[3])			c. 32, 8 dic dicta a L. Apuleio trib. plebis propter praedam veientanam[3])..

[1]) In ceteris nullam paene inter Servium Eutropiumque similitudinem inveni; cf. tamen Serv. ad Aen. VI. 819 cum Eutr. I. 8—11 et Serv. ibid. ad v. 846 cum Eutr. I. 16 III. 9.

[2]) De suo adiecit haec geographica Rufus neque enim apud Eutr. neque apud Florum inveniuntur.

[3]) Constat Camillum non propter praedam Veientanam male divi-

Cassiodor.	Eutropius	Servius	Rufus	Livius
	(3) et expulsus civitate est: (4) statim			in exilium abiit cf. 32, 7 et 33, 1.
	(5) Galli Senones ad urbem venerunt		(2) in tantum viribus freti ut Romam ipsam peterent	c. 36, 8 sq.
	(6) et victos Romanos XI miliario a Roma apud fluvium Alliam	(1) Brenno duce Galli apud Alliam fluvium deletis legionibus	(3) caesis exercitibus Romanis apud Alliam fluvium	c. 37, 7 sq. —38 fin.
(1) post urbem captam	(7) secuti etiam urbem occuparunt	(2) everterunt urbem	(4) moenia urbis intrarent	c. 41, 4 sq.
				c. 39, 9: nam cum defendi urbem posse tam parva relicta manu spes nulla esset, placuit.. iuventutem militarem senatusque robur in arcem Ca-
	(8) neque defendi quicquam nisi Capitolium potuit.	(3) absque Capitolio	(6) ad cuius arcem sexcenti nobiles et (al. cod. nobilissimi) senatores [1]) confugerant	

sam sed propter eam Apollini votam plebis invidiam concitasse (vid. Schwegler r. G. III. p. 173. 228 sq.) damnatumque esse tanquam peculatorem Veientanae praedae (vid. Valer. Max. V. 3, 2 aliosque apud Schwegler l. c. p. 174 n. 1); cum tamen Livius l. c. (c. 32, 8) breviore quodam modo hac de re locutus sit, qui eum secuti sunt Eutrop. Servius atque etiam Florus I. 17 (22) et Victor de v. i. c. 23 (vid. Schwegler ibid.) simillima ratione verba eius supplevisse videntur vid. Flor.: quod inique inter plebem et exercitum veientanam praedam dividisse videretur. Victor: est crimini datum, quod... praedam inique dividisset (quem Schwegler l. c. addit Suidas u. *Φούριος* Iohannis Ant. scil. Eutropii verba exhibet).

[1]) Nusquem alibi numerum praesidii Capitolium obtinentis inveni; solus Florus I. 7 (13) verba habet iuventutem satis constat vix mille

Cassiodor.	Eutropius	Servius	Rufus	Livius
				pitoliumque concedere et ex loco inde munito... Romanum nomen defendere.
	(9) Quod cum diu obsedissent		(5) Capitoliumque obsiderent	c. 43, 4 sq.
	(10) etiam Romani fame laborarent			c. 48, 1.
		(5) Tum Camillus absens dictator est factus		c. 46, 10. 11.
	(11) a Camillo qui in vicina civitate exulabat	(6) cum diu esset apud Ardeam in exilio	(9) Camillus qui in exilio esset	c. 43, 6.
	(12) Gallis superventum est gravissimeque victi sunt.			c. 45, 2.
	(13) Postea tamen accepto etiam auro ne Capitolium obsiderent	(4) pro quo immensam pecuniam accepe-runt.	(7) qui mille auri libris[1]) ab obsidione se redemerunt.	c. 48, 7. 8.
(2) redeuntes Gallos*)	(14) recessere-runt*)	(8) et Gallos iam abeuntes*)	(8) Postea Gallos cum victoria remeantes*)	
	(15) sed secutus eos*)	(9) secutus est*)		
(3) dux Romanus nomine Camillus exstinxit	(16) Camillus ita cecidit	(10) quibus interemptis	(10) collecta de agris multitudine[2]) oppressit	c. 49, 5. 6.

hominum fuisse (ex eo Oros. II. 19), praecisiorem itaque numerum Rufus servasse videtur.

[1]) Quae ipsa non apud Eutr. sed apud Livium et Florum ll. cc. alios leguntur.

*) vid. pag. sequ.

[2]) Quae Rufi verba potius ad primam illam Camilli victoriam (Liv. c. 43, 6—45, 3 Eutr. sub lit. 12) quam ad posteriorem referri debent.

Cassiodor.	Eutropius	Servius	Rufus	Livius
	(17) ut et aurum quod his datum fuerat	(11) aurum omne recepit [1])	(11) aurum	(c. 49, 1.)
	(18) et omnia quae ceperant militaria signa *)	(12) et signa*):	(12) et signa quae Galli ceperant *) reportavit.	
	revocaret [1]).	(13) quod dum illic appendisset, civitati nomen dedit: nam Pisaurum dicitur quod illic aurum pensatum est *).		

[1]) Ad Eutropii textum propius accedit Serv. ad Virg. Georg. II. 169 (qui a Gallis sublata signa revocavit).

Ad pag. 33 et 34. *) Non dubito, quin aliam plane huius rei famam scriptores quorum locos apposuimus secuti sint quam Livius: nam apud hunc ipsi mercedi intervenit Camillus aurumque de medio auferri iussit (c. 49, 1) posteaque Gallos primum ipso mercatus loco (c. 49, 5) deinde ad octavum lapidem Gabina via (c. 49, 6) cecidit: quam Livii narrationem recentissimae originis fuisse constat (vid. Schwegler r. G. III. p. 260 sq.; non mihi praesto fuit qui novissime hac de quaestione disputavit Klemenciçi liber qui inscribitur „welchen historischen Werth hat die livianische Erzählung von der Vertreibung der Gallier aus Rom und der Wegnahme des Lösegeldes durch Camillus" Gymnasial-Programm von Neustadt i. Krain 1863): conspirant autem cum Livio plurimi alii scriptores, sed Polyb. II. 18 (vid. Livium ipsum X. 16, 6 XXII. 59, 7) Gallos victos aurumque reportatum esse plane non addidit mediumque inter Polybii et recentiorum narrationes locum Diodorus XIV. 117 occupat, qui anno proximo post Camilli de Aequis Volscis et Etruscis victoriam (vid. Eutr. II. 1 alios) cum Gallis urbem *Ουεάσκιον* (?) diripientibus supervenisse vicisseque eos atque etiam praedam in qua et aurum illud fuit reportasse (*τῆς ἀποσκευῆς πάσης ἐκυρίευσεν ἐν ᾗ καὶ τὸ χρύσιον ἦν, ὃ ἐιλήφεσαν ἐις Ῥώμην καὶ σχεδὸν ἅπαντα τὰ διηρπασμένα κατὰ τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν*) narrat. Eandem vel similem famam nostri quoque scriptores secuti esse videntur, nam secundum eos Camillus re-

Cassiodor.	Eutropius	Livius
(4) de quibus triumphans in urbe	(19) Ita tertio [1]) triumphans urbem ingressus est	c. 49, 7: triumphans in urbem redit interque iocos militares quos inconditos iaciunt Romulus ac parens patriae conditorque alter urbis haud vanis laudibus appellabatur. [2])
(5) quasi et ipse patriae conditor Romulus meruit nuncupari. [2])	(20) et appellatus secundus Romulus quasi et ipse patriae conditor. [2])	

---

deuntes Gallos (Cassiod.; abeuntes Servius remeantes Rufus recesserunt Eutr.) secutus (Serv. Eutr.) cecidit et tum demum aurum rettulit (Ruf. Serv. Eutr.): quae non casu a scriptoribus laudatis dicta esse propterea censeo, quod qui plenissimam narrationem exhibet Servius (supra sub lit. 13) explicite hoc non sub moenibus Romae sed Pisauri accidisse refert (vid. Schwegler p. 262 n. 5): itaque narrationem quam Diodorus in fonte suo invenit, cadentis aevi scriptores recepisse videntur et quidem ita ut eam cum falsa quadam vocis Pisauri etymologia coniungerent; ceterum de loco ubi Galli caesi sint e Diodoro nihil constat, qui autem eandem famam secutus esse videtur Appianus (Hannib. 8) usque ad Appeninum Gallos Camillum persecutum esse narrat (*αὐτοὺς ἐξελαύνων Κάμιλλος ἐδίωκε μεχρὶ τῶν Ἀππενίνων ὀρῶν*). Animadverte denique, fortasse totam hanc narrationem in fontem Eutropio Rufo Cassiodoro communem e Scholio aliquo Virgiliano transisse livianisque adscriptam esse; quae enim Rufus Eutropiusque item Servius de signis militaribus a Camillo reportatis exhibent omnino nec apud Livium nec apud alium quemquam scriptorem inveni (Diodorus l. c. de *ἀποσκευή* et *τὰ διηρπασμένα* verba facit) praeter Virgilium cuius verba Servius l. c. explicavit (aspice Torquatum et referentem signa Camillum).

[1]) Tertio anno demum sequenti (Eutr. II. 1 Liv. VI. 4, 1) triumphavit Camillus vid. Elog. Cam. in C. I. I. p. 285 n. 25: computasse videtur Eutr. uictorias Camilli ab ipso memoratas eoque modo ut de Faliscis quoque eum triumphasse putaret (vid. e contr. Liv. V. 28, 1) adductus esse.

[2]) Repetuntur haec a Livio VII, 1, 10 eademque occasione ab Eutropio II. 4. — Ex simili Eutropio Cassiodoroque fonte Themistius sua hausisse videtur, qui in sexta oratione (vid. edit. Dindorffii) in Constantium habita eisdem paene verbis rei huius meminit: p. 43 C *εἶτα Κάμιλλον μὲν ὃι τότε δεύτερον ἐνόμισαν οἰκίστην ὅτι τα λείψανα τῆς Κελτῶν ἐπιδρομῆς ἀνεσώσατο*: repetit eadem in Orat. XIII. p. 179 C.

Idatius[1])	Cassiodorus[1])	Eutropius[1])	Rufus[1]) c. 2	Livius[1])
		(21) II. 1 Anno 365 post u. c. post captam autem primo		
tribuni plebis creati sunt annis XVIII	(6) Tunc (7) dignitates mutatae sunt et in loco consulum per annos XVII tribuni militares fuerunt,	(22) dignitates mutatae sunt et pro duobus consulibus facti tribuni militares consulari potestate. Cap. 3. Verum dignitas tribunorum militarium non diu perseveravit:		(VI. 1—35).
	(8) quibus ob insolentiam remotis	(23) nam post aliquantum nullos placuit fieri		VI. 35, 10 Licinius Sextiusque trib. pl. refecti nullos curules magistratus creari passi sunt: eaque solitudo magistratuum ... per quinquennium urbem tenuit.
postea annis IIII nemo curulis magistratus fuit	(9) per annos IIII potestas consulum tribunorumque cessavit	(24) et quadriennium ita in urbe fluxit ut potestates ibi maiores non essent.	(2) sine magistratibus Roma fuit annis quattuor.	
	(10) deinde rursus	(25) Resumpserunt tamen tribuni militares cos. pot. iterum dignitatem		VI. 36, 3
item tribuni plebis VI...	(11) tribus annis per tribunos mil. est administrata res publica	(26) et triennio perseveraverunt.	(1) sub tribunis militaribus annis tribus (scil. Romae coss. defuerunt).	(VI. 36, 3—42, 9)
	(12) post annos vero XXIIII (13) reversa est dignitas consularis.	(27) Rursus consules facti.		VI. 42, 9. VII. 1, 2.

[1]) De sequentibus vid. supra p. 28—30 sub lit. 3.

Alios addo Cassiodori locos, quibus affinitatem inter eum et Eutropium intercedere probetur[1]):

quae post Tarquinii Superbi annos adnotatos addit Cassiodorus (expulso autem urbe Tarquinio bini consules coeperunt pro uno rege annis singulis administrare rem publicam) Eutropio I. 9 init.[2]) propiora sunt quam Hieronymo.

Cum primi liberae rei p. anni consules nominaret Cassiodorus (cf. Eutr. I. 10) Publicolam L. Valerium nominavit: qui error in optimis Eutr. codicibus (Fuld. Paul. aliis) et apud Paeanium Iohannemque (fr. 43) porro ex Eutropio[3]) apud Augustinum de C. D. V. 18 repetitur in Liviique codicibus a Nicomacho correctus esse videtur: praeter enim Eutr. et Cassiodorum utrumque Livii exemplari Nicomacho antiquiore usum Periocha quoque II et qui saepissime Livium exscripsit Victor de v. i. c. 15 eundem committunt[4]).

Confer porro

Cassiodorum ad a. 253[5])	cum Eutrop. I. 12
His cons. dictator primus T. Largus et magister equitum Sp. Cassius ordinantur.	dictator autem Romae primus fuit Larcius (*Λάρκιος* Paean.) magister equitum primus Sp. Cassius.
Cassiod. ad a. 302[6])	cf. Eutr. I. 18[6]).
„ ad a. 416	„ „ II. 7
His consulibus rostra navium de Antiatibus in foro fixa sunt[8]).	statuae consulibus[7]) ob meritum victoriae in Rostris positae sunt[8]).

---

[1]) Quae de regibus attulit Cassiodorus ex Hieronymo sumpta sunt (quorum nonnulla ex Eutrop. I. 2. 3. 5. 7. fluxerunt) itemque ea quae de imperatoribus exhibuit paucis additis quae Mommsenius l. c. p. 568 ex Eutropio derivavit: sed cum de aedificiis ab imperatoribus exstructis ibi ageret Cassiodorus (ad a. p. Chr. 64 cf. 227. 120. 252) fortasse ex maiore harum rerum fluxerunt catalogo, quo Chronographum a. 354 et Eutropium (vid. Mommsen über den Chronogr. d. J. 354 p. 601 et 652 n. 40 sq.) nec non Hieronymum (vid. Mommsen Quellen des Hier. sub lit. D) usos esse probabile mihi videtur.

[2]) Vid. infra p. 52—53 (p. 53 n. 3). [3]) Vid. Append. I.

[4]) Vid. Mommsen Chr. des Cass. p. 696; in Plinii quoque (XXXVI. 15 § 112) codicibus falsum Lucii praenomen legitur.

[5]) Cf. Hieronymum, quem hic Cassiodorum respexisse Mommsen p. 554 putat.

[6]) Vid. supra p. 28. [7]) Anni scil. 416: nomina non addidit Eutr.

[8]) Sane non eadem uterque refert: sed cum utraque res eodem anno (vid. Liv. VIII. 13, 9 additus triumpho honos, ut statuae equestres eis—rara

Cassiod. ad a. 442	cf. Eutrop. II. 9[1])
His coss. per Appium Claudium censorem via facta et aqua inducta est quae ipsius nomine nuncupatur.	eo tempore Appius Claudius censor aquam Claudiam induxit et viam Appiam stravit.
Cassid. ad a. 571	cf. Eutr. IV. 5.

illa aetate res — in foro ponerentur et c. 14, 12 naves Antiatium partim in navalia Romae subductae partim incensae, rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit; Rostraque id templum appellatum) acta sit, a veritate non abhorrere videtur, Eutropium ad ea quae Cassiod. attulit respexisse, cum statuas consulibus in Rostris (vid. Interpret.) pro in foro (vid. Liv.) positas esse diceret. — Addit Eutr. eo anno etiam Alexandria ab Alexandro Macedone condita est, ad falsum annum his adscriptis cum Cassiod. eadem (his coss. Alexandria in Aegypto condita) iusto loco (ad a. 428 vid. Liv. VIII. 24, 1) exhibeat.

[1]) Ex Eutr. Hieronym. quoque.

Caput III.

De Livio Eutropii fonte.

Contuli in hoc caput singulorum Eutropii capitum cum Livii libris qui aetatem tulerunt comparationem, § ultimo paucis de Livii libris deperditis adiectis. Pertinet haec comparatio ad totam annalisticam Eutropiani operis partem scil. libros I—VII usque ad l. VII cap. 8, inde a quo Suetonium potissimum fontem sequitur: quam potissime ex Livio haustam esse vulgata hodie opinio est[1]) multisque iam supra allatis, cum cap. super. de chronologicis apud Eutr. rebus dissereremus comprobatur: accuratius tamen perlecto non solum multa apud Eutropium adiecta esse[2]) sed etiam maiores Breviarii partes ex aliis scriptoribus fluxisse atque ea quae Suidas[3]) de Eutr. affirmavit, cum certa quadam restrictione accipienda esse efficiuntur. Singula

---

[1]) Vid. quae Mommsen (Cassidor's Chronik p. 551) de auctoritate qua posteriore aevo Livius usus est attulit: qui quasi solus liberae reip. historiae auctor laudabatur aliique qui eadem narraverunt scriptores epitomas de Livio conscripsisse putabantur. In Inscriptione quoque libri (ab urbe condita) Eutr. Livium secutus esse videtur vid. Mommsen in Herme I. p. 468.

[2]) Quae non tam facile enucleari possunt, quomodo ad Suetonii textum ab Eutr. addita cum presse Suetonium sequatur Eutr. verbaque ipsa eius exscribat, e Livio res tantum ipsae petitae sint.

[3]) V. *Καπίτων. Λύκιος ἱστορικὸς. ὗτος ἔγραψεν ... μετάφρασιν τῆς ἐπιτομῆς Ἐυτροπίου Ῥωμαϊστὶ ἐπιτεμόντος Λιβίον τὸν Ῥωμαῖον.*

igitur apud Eutr. a Livio aliena perlustramus, Livio locis quibuscum Eutropiani concinunt in fine cuiusque § adiectis.

§ 1. Eutropii I. c. 1—8 cum Livii l. I comparata.

Qua in operis parte ex Livio potissime pendere Eutropium iam numeri cuiusque regis annorum cum livianis congruentes indicant quos capite super. attulimus: tamen iam ibid. Eutropium duabus in rebus ad chronologiam pertinentibus ex traditione a Livio aliena hausisse demonstravimus. Accedunt alia, quae aut a Livio plane aliena sunt aut in verbis tantum similitudinem cum posterioris aetatis scriptorum locis produnt: nimirum exstitisse opinor librum aliquem de vitis regum Romanorum (Latinorum quoque et Albanorum) brevia et persaepe fabulosa[1]) continentem, cuius lacinias apud plurimos cadentis aevi scriptores facile animadvertes: quas qui apud Africani excerptores Eusebium Syncellum Chronici paschalis auctorem Anonymum Scaligeri porro apud Lydum Malalam Iohannem Antiochenum (ex eo Suidam Cedrenum Planudem) denique apud anni 354 Chronographum collegerit, optime de tota nostra quaestione merebitur: bis[2]) Suetonius harum narratiuncularum auctor nominatur, cui utrum re vera talia imputari possint in dubio relinquo[3]). Quibuscum conferenda est quam sub lit. B inter Hieronymi (ex Hieronymo sua ad Eutropium additamenta Paulus Diaconus sumpsit, ex Hieronymo et Chronographo multa repetit Isidorus) fontes recensuit Mommsenius latina historia de origine gentis Romanae, quae[4]) vulgata de

---

[1]) Pertinet huc praesertim historia quam Chronogr. a. 354 plenissimam exhibet congiariorum vid. aliorum supra laudatorum de eadem re scriptorum locos apud Mommsenium Chr. p. 649 sq. (n. 1—5. 10. 13. 14. 20).

[2]) Suidas v. ἀσσάρια (=Iohann. fr. 33 Cedren. p. 148 B) cf. Syncell l. p. 398 Chron. pasch. p. 218 Anon. Scal. p. 54 et Chron. pasch. p. 217 Malal. p. 33 cf. Suid. v. χλάμυς (=Cedren l. c.).

[3]) Vid. Mommsen Chronogr. des I. 354 p. 600 Sueton. ed. Roth Praef. p. 72 sq.

[4]) Vid. Mommsen Quellen des Hier. p. 680.

Latinis Albanis Romanisque regibus continuit et ita quidem ut multa quae innuerat tantum Livius, plenius explicaret atque narratiunculas quasdam fabulosas adderet.

Cuius fontis quae similia apud Eutr. investigare potui hic appono:

Eutrop. cap. 1 is cum inter pastores latrocinaretur: cf. Hieron. ex latina historia fr. 14 Mommsen: qui cum de Romuli et Remi iuventute ageret, vulgata et iam ex Livio nota[1]) exposuit, paucis (chronologicis potissime) additis. Sed dum omnes paene ceteri qui haec narraverunt scriptores Romulum et Remum inter pastores educatos esse atque cum latronibus rixas habuisse postremo collecta pastorum manu[2]) in Amulii regiam impetum fecisse referant, Hieron. eundem collecta latronum et pastorum manu factum esse narrat. Simillimis Eutropius verbis usus est (cum inter pastores latrocinaretur) scilicet ex fonte uterque hausit, qui Romanae urbis conditores latrones paene fuisse innuerat. Quam opinionem, a candore illo liviano prorsus alienam, tam expresse prolatam vix alibi invenies: fluxisse videtur e studio antiquas illas fabulas ratione quadam explicandi atque communiorem quendam interpretandi modum iisdem adhibendi: quod studium plerumque reperitur apud scriptores posterioris aetatis[3]) vel Romanis inimicos[4]).

Eutrop. ibid. decem et octo annos natus: hanc Romulum cum Romam conderet aetatem habuisse iam Fabius (apud Dionys. I. 79 cf. II. 56) tradiderat cf. Plut. Rom. 12 Solin. c. 1

---

[1]) Cf. Hieron. adimendi (adimendae spei Ronc.) partus gratia cum Livio I. 3, 11 spem partus ademit.

[2]) Vid. Liv. I. 5, 7 cf. 4.

[3]) Conferri possunt de asilo a Romulo constituto narrationes, quo Romulus convenarum immo latronum (vid. Iuvenal. VIII. 275 et Schol.) populum collegerit (vid. Schwegler r. G. I. p. 464 sq.) cf. Apulei. Metam. VII. 11 et Xenophan. Ephes. II. p. 35 qui Martem latronum patronum fuisse tradunt.

[4]) Vid. quae contra multorum Graecorum opinionem, Romanos ex colluvie quadam originem trahere Dionysius protulit (I. 4. 5. 89. IV. 26. VII. 70) atque quae apud Iustinum Mithridates Romanis obiicit: quos autem homines Romanos esse? nempe pastores qui latrocinio iustis dominis ademptum solum teneant (XXVIII. 2, 8. cf. XXXVIII. 6, 7; 7, 1) et christianos scriptores a Schweglero laudatos (p. 465 n. 2).

Lydum de mag. I. 14 alios[1]); Eusebius quoque in Canone Romulum anno Amulii, qui sec. Euseb. annos XLIII. regnaverat, vicesimo septimo natum esse refert quocum consentit Hieronym. lat. hist. fr. 14[2]).

ibid. XI. Kal. Maias[3]): vid. Hieronym. lat. hist. fr. 15 (Roma Palilibus qui nunc dies festus est condita) Chronogr. a. 354 (p. 645 Mommsen: Urbem Romam condidit XI. Kal. Mai. qui dies appellatur Parilia) cf. aliorum scriptorum locos a Schweglero r. G. I. p. 444 n. 1. allatos.

Cap. 2: quae de senatoribus a Romulo lectis narrantur (centum ex senioribus elegit quorum consilio omnia ageret[4]), quos senatores nominauit propter senectutem) vulgata quidem sunt similiterque aput innumeros alios scriptores[5]) leguntur comparari tamen possunt cum Eusebii (ad a. 1283) quoque et Chronographi locis.

Euseb.	Chronogr.
[ex plebe militiae adscripsit viros][6])	[Mille juvenes de Romana plebe legit quos milites appellavit][7])
et senes nobiles C senatores constituit[8])	et centum seniores quos senatores dixit.
quique secundum eosdem erant patricios vocavit.	

---

[1]) Vid. de Tarutio Ciceronis aequali ex quo sua de Romuli aetate deque die qua Roma condita est hauserunt Varro Plutarchus Solinus Lydus alii Mommsenium röm. Chron. p. 146—7 n. 278. 279.

[2]) Ubi septimo sine dubio in XXVII corrigi debet cf. Mommsen n. 14. 15.

[3]) Cf. supra n. 1.

[4]) Fuld. agere^{n}t cf. Paean. qui fortasse apud Eutr. omnes agerent legit (*τούτους ἐπέστησε τοῖς λοιποῖς ἡγεμόνας τῶν πρακτέων*).

[5]) Vid. Liv. I. 8, 7 (consilium viribus parat centum creat senatores) eosque qui senatores a senectute vocatos esse tradunt e. gr. Cicer. de re p. II. 28 de Senect. 6, 19 Flor. I. 1 Plut. Rom. 13 praesertimque Festum p. 339 Müller (v. Senatores: a senectute dici satis constat quos initio Romulus elegit centum quorum consilio r. p. administraret).

[6]) Inde Hieron. (Romulus primus milites sumpsit e populo) vid. Syncell. p. 367, 16.

[7]) Ex Chron. et Hieron. Isidor. orig. IX. 3 vid. Mommsen ad Chrongr. l. c. n. 8 cf. n. 9.

[8]) Hieronym. (ex Eusebio et latina hist. fr. 21 vid. Mommsen n. 6): et nobilissimos centum senes ob aetatem senatores (inde Isidor. l. c.) ob similitudinem curae patres appellavit (lat. hist. ex Sallust. Catil. c. 6.)

Similiter quae cap. 3 Eutr. de anno a Numa ordinato refert (annum descripsit, in decem menses prius sine aliqua supputatione confusum) iam quidem apud Livium I. 19, 6 (in duodecim menses describit annum) inveniuntur cf. tamen locos de anno Romuli[1]) Hieronymi lat. hist. fr. 22 (secundum quosdam Romulus descripsit in X menses annum prius[2]) sine aliqua supputatione confusum) et Chronographi (hic X menses in annum constituit a Martio in Decembrem) deque anno Numae Euseb. (Numa Pomp. duos menses anno addidit Ianuarium et Februarium quoniam prius X mensibus appellabatur: ex Euseb. Hieronym. Syncell. p. 398, 4 Chron. pasch. p. 218, 13), Chronogr. (hic duos menses ad X menses Romuli instituit Ianuarium diis superis Februarium diis inferis) et (Victorem) de vir. ill. c. 3 (annum in XII menses distribuit adiectis Ianuario et Februario[3])).

Cf. denique de Eutr. cap. 5 (apud [ostium Tiberis] Ostiam civitatem supra mare XVI miliario ab u. R. condidit) Liv. I. 33, 9 (usque ad mare imperium prolatum et in ore Tiberis Ostia urbs condita) Cicer. de re p. II. 18, 33 etiam (Victorem) de v. i. c. 5 et Chronogr. (Ostiam coloniam condidit)[4]).

Horum omium plurima sane apud Livium quoque inveniuntur sed ab Eutr. ex fonte quodam in quo Liviana cum posterioris originis additamentis intermixta sint et qui interdum etiam narrationem Liviana antiquiorem servet, hausta esse[5]) videntur: appono exempla quibus a Livio diversam traditionem Eutropium secutum esse interdum probatur:

Cap. 6: de senatus a Tarquinio Prisco facta amplificatione verba faciens, famam huius rei apud Ciceronem solum servatam ante oculos habuisse videtur (numerum senatorum duplicauit Cicer. de re p. II. 20, 35 principio duplicauit illum

---

[1]) Cf. Plut. Num. 18.

[2]) Vid. Mommsen ad Hieron. p. 691 n. 7.

[3]) Alios locos vid. apud Schweglerum I. p. 545 n. 3.

[4]) Alios locos vid. ibid. p. 600 n. 5: ex Eutropio sua habent Hieron. (ex eo Cassidor.) et Iohannes Ant. apud Cedren. p. 148 C Suidam v. Ὥστια cf. Servium quoque ad Virg. Aen. VI. 816.

[5]) Vid. de hac re Mommsen Quellen des Hieron. p. 680.

pristinum patrum[1]) numerum et antiquos patres maiorum gentium appellavit quos priores sententiam rogabat a se allectos minorum) cum omnes alii scriptores (Livius quoque I. 35, 6) centum ab eo in patres allectos scil. dimidio tantum patrum numerum ab eo auctum esse referrent: neque equidem Eutr. Livii[2]) verba male intellexisse[3]) putaverim sed apud eum et Ciceronem aliam huius rei famam, quae fortasse ex voce patres in fonte de patriciis usurpata ab iis de senatoribus intellecta orta sit[4]), exstare coniicio.

Cap. 7: de Sabinis[5]) subactis a Servio Tullio nihil apud Livium leges: nisi simpliciter Eutr. Sabinos cum Etruscis (Liv. I. 42, 2. 3) confuderit[6]), fortasse ad ea quae Dionysius IV. 3 cf. Frontin. Strat. II. 8, 1 de rebus a Servio bello Tarquinii Prisci contra Sabinos gestis narrant spectabat.

Ibid. cum de censu a Servio Tullio ordinato ageret Eutr. (vid. Liv. c. 44, 12) numerum illum — octoginta tria milia[7]) — civium Romam habuisse cum his qui in agris erant[8]) adiecit: quae Livius non solum non exhibet sed etiam excludere videtur cum I. 43, 13 Servium tantum quattuor urbanas tribus instituisse dixerit: eandam quam Livius famam (Victor) de v. i. c. 7 servavit[9]), sed antiquiores scriptores iam rusticas tribus a

---

[1]) Quam vocem Ciceronem de senatoribus usurpasse ex ipsius verbis quos priores sententiam rogabat elucet.

[2]) Qui sane ipse senatus post foedus cum Tatio (c. 13) duplicationis non meminit: itaque factum esse potest ut Eutr. locis Livii I. 8, 7 et I. 35, 6 comparatis sua finxisset.

[3]) Vid. U. Koehler qua rationem T. Livii annalibus usi sint historici latini et graeci Goetting. 1870 p. 40.

[4]) Vid. quae de Ciceronis loco disseruerunt Mommsen röm. Forschungen p. 222 n. 7 Schwegler I. p. 686 sq. (p. 687 n. 3) p. 691 (n. 2) sq. et p. 660 n. 3 Becker r. A. II. 1 p. 344 sq.

[5]) Fuld. Sanos pro Sabinos legit.

[6]) Vid. Koehler l. c.

[7]) Numerus Eutr. a liviano diversus est: Livius (ex Fabio) octoginta milia ciuium censa esse dicit, Eutr. octoginta tria (Fuld. Leid. 1 Paean.; apud Paulum octoginta quattuor numerantur cf. 84700 Dionysii IV. 22); fortasse tamen scriba male LXXXIII vel LXXXIV pro LXXXM vel LXXXMI legit (animadverte optimum codicem Fuld. vocem milia omittere).

[8]) Ex Eutr. Cedren p. 149 init.

[9]) Vid. Schwegler p. 737 n. 1 et locos p. 736 n. 2 allatos.

Servio institutas esse narraverant vid. Dionys. IV. 15 qui trium scriptorum hac de re opinionem percenset scil. Fabii[1]) qui XXVI rusticas tribus (una cum urbanis XXX), Vennonii[2]) qui XXXI rusticas (scil. cum urbanis XXXV — quem numerum a. 513 demum assecutae sunt) a Servio institutas esse retulerunt, Catonis[3]) denique, qui prudenter sane numerum rusticarum tribuum a Seruio creatarum non adiecit. Eodem capite Dionysius pagos fecisse Servium narrat, scil. locos munitos quo *ὅι ἐκ τῶν ἀγρῶν ἅπαντες* concurrere possent item eundem regem Paganaliorum ferias instituisse ut pagi cuiusque incolae percenseri possent: similibus demum in urbe quoque institutis[4]) omnium civium censum ordinasse Servium refert: *ἐκέλευσεν ἅπαντας Ρωμαίους ἀπογράφεσθαι τε καὶ τιμᾶσθαι τὰς οὐσίας πρὸς ἀργυρίον . . καὶ ἐν τίνι κατοικοῦσιν ἕκαστοι τῆς πόλεως τόπῳ ἢ πάγῳ τῆς χώρας προστιθέντας.* Itaque[5]) diserte Servium cives Romanos cum his qui in agris essent in censum redegisse iam veteres illi scriptores tradidisse videntur: agros quoque Servium plebi Romanae dividisse[6]) per illas a Fabio numeratas XXVI tribus Varro apud Nonium p. 43 (v. Viritim) innuisse videtur[7]): quibuscum confer narrationem Cassii Heminae[8]) et Varronis[9]) de nundinis quibus rustici „in urbem ex agris convenirent urbanas rusticasque res ordinaturi"[10]) a Servio[11]) institutis.

Denique non a Livio[12]) diserte addita sunt, Numam et

---

[1]) Fr. 9 apud Herm. Peterum.

[2]) Vid. fragm. sol. ibid.

[3]) Fr. 23 ibid.

[4]) Cf. Dionys. IV. 14 de Compitaliis.

[5]) Vid. Schwegler I. p. 737 Becker r. A. II. 1 p. 166 sq.

[6]) Cf. de agris a Servio distributis Dionys. IV. 9. 10. 11. 13 Liv. I. 46, 1 Schwegler p. 710 n. 9.

[7]) Et extra urbem in regiones (tribus proprie nominatae sunt a Fabio l. c. vid. Schwegler p. 737 n. 2) XXVI agros viritim liberis adtribuit.

[8]) Ap. Macrob. Sat. I. 16, 33 (fr. 14 Peter).

[9]) Ibid. I. 13, 20 cf. quae Macrob. l. supra cit. ex Gemino quodam attulit.

[10]) Verba Cassii l. c.

[11]) Easdem iam a Romulo institutas esse Sempronio Tuditano (ap. Macrob. I. 16, 32 fr. Peter 2) et Dionysio II. 28 placuit.

[12]) Vid. I. 21, 6; 35 in.

Ancum morbo mortuos esse (Eutr. c 3 fin. morbo decessit c. 5 fin.[1]) morbo periit): quae de Numa expresse iam Pisonem tradidisse Plutarchus Numa 21 auctor est[2]) atque (Victor) quoque de v. i. c. 3 (morbo solutus) attulit[3]); de Anco eadem Appianus[4]) Basilic. fr. 2 (ap. Phot. Bibl. p. 15 B. 22 Becker: *νόσῳ δὲ τὸν βίον ὁ τέταρτος ὑπεξῆλθεν*). Quae fortasse Eutr. e catalogo quodam mortes regum Romanorum referente[5]) hausit, similiter ut Eutropium et a. 354 Chronographum Catalogo Eusebianae Seriei regum (apud Aucher. II. p. 36. 37) simili in imperatorum mortibus definiendis usos esse in altera operis parte probabimus[6]). De Romuli quoque morte[7]) livianam[8]) quidem narrationem exhibet Eutrop. cap. 2 sed verba apud eum quoque occurrunt, quae in antiquissimis annalibus hac de re usitata esse videntur: nimirum quae Livius l. c. per

---

[1]) Ex Eutr. Augustin. C. D. III. 15 vid. Append. I.

[2]) *ὁ Νομᾶς ἐτελεύτησεν οὐ ταχείας οὐδ' αἰφνιδίου γενομένης αὐτῷ τῆς τελευτῆς ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ὑπὸ γήρως καὶ νόσου μαλακῆς ἀπομαραινόμενος ὧν ἱστόρηκε Πείσων* (fr. 12 Peter); ex Plut. Zonar. VII. 5 p. 323 B et ex Pisone fortasse Dionys. II. 76 (*ὑπὸ γήρως μαρανθεὶς*).

[3]) De Anco idem c. 5 eum immatura morte praereptum esse dicit: videtur (Victor) fontem secutus esse, qui Ancum brevissimum tempus regnasse narraverat: vid. eius verba „his rebus intra paucos dies confectis immatura morte praereptus non potuit praestare qualem promiserat regem."

[4]) Fortasse de Numa quoque: sed verba quaedam exciderunt.

[5]) Cf. ipsarum harum rerum catalogum, quem ex Appiano Photius l. c. servavit.

[6]) De Chronographo vid. Mommsen p. 600.

[7]) De Tarquinii Superbi morte vid. § sequent.

[8]) Neque enim posterioris illius (Dionysii et Plutarchi) narrationis, Romulum a senatoribus discerptum esse, ulla apud Eutr. vestigia inveniuntur et Romulum orta subito tempestate non comparuisse exhibet ut Liv. I. 16, 1 (subito coorta tempestas . . Romulum operuit etc.) item Dionys. II. 56 (=Plut. Num. 2) Ovid. Fast. II. 493 cum antiquiores solis hoc defectione factum esse narrauerint scil. Cicero de re p. I. 16, 25 II. 10, 17 VI. 22, 24 (Senec. Epist. 108) Dionys. l. c. Plut. Rom. 27 (Plut. Camill. 33 utramque narrationem apposuit) et fortasse ex Cicerone Flor. I. 1 (oborta tempestas solisque defectio): ex Floro et Cicerone Augustin. III. 15 (vid. App. I. p. 88 n. 2) sua conscripsit.

ambages expressit[1]) in annalibus illis verbis non comparuit expressa esse videntur vid. Ciceron. de re p. II. 10, 17 (cum subito sole obscurato non comparuisset) Victorem de v. i. c. 2 iisdemque plane verbis (nusquam comparuit) Chronographum a. 354 Hieronymumque lat. hist. fr. 23 cf. Lamprid. Commod. 2[2]) (Nonarum Iuliarum die quo in terris Romulus non apparuit) etiam Dionys. II. 56 (=Plut. Num. 2) ἀφανῆ γένεσθαι (cf. ἠφανίσθη Plut. Rom. 27 Camill. 33) vid. Schweglerum I. p. 531 n. 3 locosque quos ibi affert de Aeneae Latini Aventini mortibus eisdem verbis expressis[3]).

Non ab re alienum duxi de libro, qui sub nomine Victoris aetatem tulit, de viris illustribus inscripto pauca addere: qui similiter atque cetera eiusdem aevi historica scripta magnam partem ex Livio fluxisse videtur, multa tamen in eo addita sunt ex similibus fontibus atque non liviana apud Eutropium Hieronymum Chronographum alios hausta[4]): cf. praeter locos quibus cum Eutropio concinit scil. de Romuli Numaeque mortibus (Victor c. 2. 3 Eutr. c. 2. 3) deque anno a Numa ordinato et Ostia ab Anco condita (Victor 3. 5 Eutr. 3. 5)[5])

Victorem c. 1 fin.	cum Hieron. lat. hist. fr. 16
Romulus ēdixit ne quis vallum transiliret	
quod Remus irridens transiluit	(1) ob transmissum saltu vallum
et a [Fabio] Celere[6]) centurione	(3) a Fabio[6]) Romuli duce.
rutro fertur occisus.	(2) occisus est Remus rutro pastorali

---

[1]) (Coorta tempestas) tam denso regem operuit nimbo ut conspectum eius contioni abstulerit; nec deinde in terris Romulus fuit.

[2]) Vid. supra p. 30 n. 2.

[3]) Quam vulgata haec locutio fuerit inde e. gr. elucet, quod in annalibus (usque ad a. p. Chr. 539 deductis) Chronographo a. 354 additis de Nerone (Mommsen p. 659) ad a. p. Chr. 67 dictum sit: his cons. Nerone de imperio non comparuit.

[4]) Cf. qui novissime de huius libri fontibus disputavit C. Aldenhoven fil. in Herme V.

[5]) Cf. illa quoque quae tam concinna sunt ut ex vetustissimis annalibus desumpta esse videantur apud Eutr. et Victor. c. c. 6 de circo a Tarqu. Prisco aedificato ludis Romanis (magnis: Victor) institutis muris factis (vid. Aldenhoven l. c.)

[6]) Vid. Schwegler I. p. 389 n. 13 de Celere (quem nescio unde centurionem fuisse Victor dicit): Fabii nomen Hieron. solus exhibet.

Victor c. 2	cf. cum Hieronym. lat. hist. fr. 18
ludos Consualia simulavit	Circensibus adornatis Consualibus ludis
ad quos cum utriusque sexus multitudo venisset	
dato suis signo virgines raptae sunt	Sabinae raptae anno ab u. c. tertio[1])
ex quibus cum una pulcherrima	et una virginum pulcherrima
magna omnium admiratione duceretur	cunctorum acclamatione rapientium
Talassio eam duci responsum.	Talasso Romuli duci decernitur,
Quae nuptiae quia feliciter cesserunt	
institutum est ut omnibus nuptiis Talassii nomen iteretur[2]).	unde in nuptiarum solemnitatibus Talasso vulgo clamitant quod scilicet talis nupta sit quae Talassum habere mereatur.
ibid. (de pace cum Tatio facta et Quiritium nomine)	cf. Hieron. lat. hist. fr. 20.

ibid. cap. fin.	cf. Hier. l. h. fr. 23	et Chronogr.
Cum ad Caprae paludem	Romulus apud Caprae paludem	Hic cum natat (sic!) ad paludem Caprae
exercitum lustraret[3])		
nusquam comparuit[4])	nusquam comparuit[4])	subito nusquam comparuit[4])
. . . . . [5])	et suadente Iulio Proculo	
Aedes in colle Quirinali Romulo constituta		
ipse pro deo cultus[4])	Quirini nomine apud suos consecratus[4]) est.	in numerum deorum relatus[4]) deus Quirinus appellatus est.
et Quirinus est appellatus.		

---

[1]) Legendum fortasse quarto ut Cn. Gellius (fr. 11 Peter apud Dionys. II, 31) retulit (vid. Mommsen not.)

[2]) Vid. Liv. I. 9, 6 sq. qui ultima brevissime (§ 12 inde nuptialem hanc vocem factam) attigit.

[3]) Cf. Liv. I. 16, 1 ad exercitum recensendum (vid. Schwegler I. p. 532 n. 7).

[4]) Cf. supra p. 46. 47: vid. Eutr. c. 2 et cum.. non comparuisset.. ad deos transisse creditus est et consecratus.

[5]) Victoris narratio permultis a Livio discrepat: nihil hic enim de seditione orta, de iure iurando a Proculo dato (vid. Plut. Rom. 28) denique de Romulo a Proculo in colle Quirinali viso (vid. Cicer. loco pag. sequ. laudato) exhibet.

Ultima eorum quae scriptores cit. afferunt, singulariter cum Cicerone[1]) concinunt de rep. II. 10, 20: „qui (Proculus Iulius) in contione dixisse fertur a se visum esse in eo colle Romulum qui nunc Quirinalis vocatur[2]): eum sibi mandasse ut populum rogaret ut sibi eo in colle delubrum fieret: se deum esse et Quirinum vocari" (eadem de leg. I. 1, 3).

Cf. denique Victorem c. 7 (de annona a Servio plebi distributa[3]) cum Chronogr.

Apponimus ea quae apud Eutr. hac in parte et alibi ad Livii textum addita de spatiis quae inter urbem Romam et singula de quibus agitur loca intercedant[4]) inveniuntur vid. capit. 4 (eadem c. 19). 5. 8. item in posterioribus partibus I. 17 (19) II. 8[5]): ex Itinerario quodam nobis servatorum simili petita esse videntur[6]): quorum quae Eutr. I cap. 8 fin. attulit (ita Romae regnatum est per septem reges annis CCXLIII cum adhuc Roma ubi plurimum vix us-

---

[1]) Cf. igitur quae supra (p. 43—4 ad Eutr. c. 6) de similitudine inter Eutropii et Ciceronis locis notavimus.

[2]) Vid. Victoris verba pag. super n. 5 notata.

[3]) Vid. Schwegler I. p. 710 n. 9.

[4]) Vid. disputationam laudatam Koehleri p. 38.

[5]) Cf. locorum definitiones verbis expressas velut I. 2 (haec omnia oppida urbem cingunt) c. 8 (quae gens ad Campaniam euntibus non longe ab urbe est) c. 11 (quae civitas non longe ab urbe est) II. 11 (qui iam in ultima Italia sunt). Ex Livio vel aliis scriptoribus miliariorum numeri I. 15. 20. II. 5. 12. III. 14. VI. 13. VIII. 8 petiti sunt.

[6]) Eundem miliariorum numerum (XVI) quem ab urbe usque ad Ostiam Eutr. c. 5 (ex eo Hieron. Cassiod. Cedren.) affert, Itinerar. quoque Antonini 301, 6 exhibet: in ceteris discrepant scil. Itin. Ant. 612, 2 Albam a Roma XVI mil. Eutr. I. 4 XII (cf. Bormann alt-lat. Chorographie Halle 1852 p. 144 n. 309) Veios Tabula Peutinger. XII mil. (Dionys. II. 54 centum stadia) Eutr. I. 4. 19 XVIII abesse notant cf. de Veiis Liv. V. 4, 12 (intra vicensimum lapidem vid. Schwegler II. p. 736 n. 1) de Fidenis (VI m. secundum Eutr. I. 4. 19) Dionys II. 53 III. 27 X. 22 (XL stadia i. e. V mil. vid. Bormann ibid. p. 239 n. 493) de Ardea (XVIII mil. sec. Eutr. I. 8) Strabon. V. p. 158 (CLX stadia scil. XX mil.) de monte Algido (XII mil. sec. Eutr. I. 17) Procop. bel. Goth. III. 22 (CXX stad. i. e. XV mil.).

que ad quintum decimum miliarium possideret[1])) plenius apud Rufum cap. 3 exstare videntur: „sub regibus VII per „annos CCXLIII non amplius quam usque ad portum[2]) atque „Ostiam intra octavum decimum miliarium a portis „urbis Romae... Romanum processit inperium". Itaque miliariorum numerus ab Eutr. Rufoque h. l. appositus ex spatii inter Romam et Ostiam numero[3]) (ab Eutr. c. 5 allato) petitus esse videtur.

Singulos Livii locos ad singula Eutropii adnotamus[4]):

Eutrop. cap. 1 p. 5 v. 1—3 Hartel: Liv. I praef. § 4[5]). — v. 3—5: Liv. (3, 11) 4, 2. — [v. 5. 6: vid. supra p. 41]. — [v. 6: vid. supra p. 41 42]. — v. 6. 7: Liv. 6, 3 sq. (in Palatino monte: Liv. 7, 3). — [v. 7: vid. supra p. 42]. — [v. 7—9: v. s. p. 24 (s. l. 1)].

Cap. 2. v. 9. 10: Liv. 7, 3[6]). — v. 10. 11: Liv. 8, 5. 6. — (v. 11—13: Liv. 8, 7 cf. supra p. 42). — v. 13—15: Liv. cap. 9. — v. 15—17: Liv. 10, 1. 2 sq. (Caeninenses vicit: Liv. cap. 10. Antemnates: Liv. c. 11, 1. 2. Crustuminos: Liv. c. 11, 3. 4. Sabinos: Liv. c. 11, 5–c. 13. Fidenates[7]): Liv. c. 14, 4–11. Veientes[7]): Liv. c. 15, 1—5). — v. 17. 18 (haec — cingunt): Eutrop. ipse. — (v. 18: Liv. 16, 1 cf. supra p. 46. 47). — v. 18. 19: Liv. 21, 6. — (v. 19 — p. 2 v. 1: Liv. 16, 3–8 cf. supra p. 48 n. 4[8])). — p. 2 v. 1. 2: Liv. 17, 6.

---

[1]) Ex Eutr. Hieron. (Pulsis ab u. regibus vix usque ad XV lapidem Roma tenebat imperium) et Augustin C. D. III. 15 vid. Append. I.

[2]) Quae urbs posterioribus temporibus in ripa Tiberis Ostiae opposita erat.

[3]) XVI Eutr. Hier. Cassiod. Cedren. ll. p. 43 n. 4 citatis: falsa igitur Rufi codices (XVIII pro XV: fortasse principio XV-m scriptum erat) afferre videntur.

[4]) Uncis [ ] inclusi Eutropii locos, quibus plane a Livio aliena continentur, uncis ( ), eiusdem locos quibus livianis fortasse aliunde quaedam admixta sunt. In notis locos Livii attuli, qui maiorem quandum cum Eutropianis similitudinem exhibent.

[5]) „Res est.. quae ab exiguis profecta initiis eo crevit ut iam magni„tudine laboraret sua."

[6]) Condita urbs conditoris nomine appellata (Eutr.) cf. Cicer. (cf. supra p. 49 n. 1) de re p. II. 7. 12: urbem constituit quam e suo nomine Romam iussit nominari.

[7]) Quod utrumque bellum falso Eutrop. ad commota propter raptarum iniuriam rettulit.

[8]) Verba Eutr. et consecratus a Fuld. m. 1 omissa (a m. 2 addita) codice Leid. 1 et Paeanio (*καθιερώθη οὖν παρὰ τῶν ἀρχομένων*) confirmantur (cf. Liv. Perioch. I Romulus consecratus Flor. I. 1).

Cap. 3. v. 3: Liv. cap. 18. — v. 3—5: Liv. 21, 5. 6[1]). — v. 5. 6: Liv. 19, 1. 2[2]). — (v. 7. 8: Liv. 19, 6 cf. supra p. 43). — v. 8: Liv. c. 20. 21, 5. — [v. 9 morbo decessit: vid. supra p. 45. 46]. — v. 9: Liv. 21, 6.

Cap. 4. v. 9. 10: Liv. 22, 2. — v. 10—13 (Albanos vicit.. Veientes et Fidenates... bello superavit): Liv. c. 22—26; 27, 3—29. — [v. 11 qui-sunt v. 12. 13 quorum-decimo: vid. supra p. 49]. — v. 13. 14: Liv. 30, 1. — v. 14. 15: Liv. 31, 8.

Cap. 5. v. 15. 16: Liv. 32, 1. — v. 16: Liv. c. 32. 33. — v. 17: Liv. 33, 2. 6. — (v. 17—19: Liv. 33, 9 cf. supra p. 43. [v. 18. 19 sexto decimo mil. ab u. R.: vid. supra p. 50]). — v. 19: Liv. 35, 1. — [v. 19. 20 morbo periit: vid. supra p. 45. 46].

Cap. 6. v. 20: Liv. 35, 1—6. — [v. 20. 21 hic-duplicavit vid. supra p. 43. 44]. — v. 21. 22[3]): Liv. 35, 8. 9. — v. 22 (qui-permanent): Eutrop. ipse. — v. 23: Liv. 37—38, 3. — v. 23. 24: Liv. 38, 1. — v. 24. 25[4]): Liv. 38, 3. — v. 25: Liv. 38, 6. 7. — v. 26: Liv. 40, 1. — v. 26. 27: Liv. cap. 40.

Cap. 7. v. 28: Liv. c. 41. — v. 28. 29: Liv. 39, 5[5]). — [v. 29. 30: vid. supra p. 44]. — v. 30. 31: Liv. 44, 3[6]). — v. 31. 32: Liv. 42, 4. 5 sq. — v. 32

---

[1]) „Omnium tamen maximum eius operum fuit tutela per omne regni „tempus haud minor pacis quam regni: ita duo deinceps reges, alius „alia via, ille bello hic pace civitatem auxerunt."

[2]) „Urbem novam conditam vi et armis iure legibusque ac mori„bus de integro condere parat: quibus cum inter bella assuescere „videret non posse quippe efferari militia animos, mitigandum fero„cem populum armorum desuetudine ratus cet." cf. Cicer. de re p. II. 13, 25; 14, 26 et quae supra (ad Eutrop. cap. 1) p. 41 n. 3. 4. notavimus.

[3]) Cf. Victor. c. 6 supra p. 47 n. 5.

[4]) Primusque adiecit Eutr.; Livius quoque vocem triumphavit primo de Tarquinii triumpho l. c. usurpauit; tamen iam Romulum triumphasse Plut. Rom. c. 25 (de Veiis; de Acrone eundem triumphasse vid. Liv. c. 10, 5 alios constat) testis est: sed Tarquinium triumphi insignia ab Etruscis mutuasse plurimi scriptores retulerunt vid. Plut. Rom. c. 16 alios a Schweglero I. p. 671 n. 3—5 p. 678 n. 4 laudatos.

[5]) Ex plurimis de Servii Tullii origine narrationibus quas Schwegler p. 713 n. 2 percensuit, livianam Eutr. secutus est: nota Livium l. c. ex serva Servii originem non quidem negare (cf. c. 40, 3 IV. 3, 12) sed quodam modo delenire voluisse: item Eutr. leniore uoce ancillae (Fuld. Leid. 1) de matre Servii usus est.

[6]) Cf. Liv. Perioch. Victor. c. 7 (Livii auget Esquilias verba sunt) vid. Schwegler p. 727 n. 1 quoque (de Quirinali monte).

(qui-erat): Eutrop. — (v. 32—34: Liv. 44, 1. 2. cf. supra p. 44 n. 7). — [v. 34 cum his qui in agris erant: vid. supra p. 44. 45]. — (v. 34—p. 7 v. 1 occisus est [XLII imp. anno][1]): vid. supra p. 14 (n. 4)). — p. 7 v. 1. 2: Liv. c. 46—48.

Cap. 8. v. 3. 4: Liv. 53, 2. — v. 4. 5 (quae-est): Eutrop. — v. 5 (Gabios civitatem): Liv. 53, 4—54 fin. — ibid. (et Suessam Pometiam subegit[2])): Liv. 53, 2. — v. 5. 6: Liv. 55, 1[3]). — v. 6: Liv. c. 55[4]). — v. 7: Liv. 57, 1 sq. — [v. 7. 8 in-civitatem: vid. supra p. 49]. — v. 8—12[5]): Liv. c. 58. — v. 12—14: Liv. c. 59, 1 sq.[6]). — v. 14. 15: Liv. 60, 2[7]). — v. 15. 16: Liv. 60, 1. 2[8]). — [v. 16. 17 cum-viginti: cf. Liv. 60, 3 vid. supra p. 14]. — v. 17: Liv. 59, 11. 13; 60. 2. — [v. 17. 18: cf. Liv. 60, 3 vid. supra p. 24. 25 (sub lit. 2)]. — [v. 18—20: vid. supra p. 49. 50.]

§ 2. Eutrop. I. 9—II. 9 cum Livii libris II—X comparata

Iam iis h. l. missis quae a Livio aliena apud Eutropium supra percensuimus scil. chronologicis cap. II quibuscum cohaeret Eutropii (Rufi Cassiodori et Servii) non liviana de urbe a Gallis capta narratio (vid. ibid. p. 31 sq.) item iis quae Eutr. (I. 17. 19. II. 8) addidit ut miliariorum numerum inter u. R. et singula de quibus sermo fit loca indicaret (supra § 1 p. 49) alia quaedam apponimus, quae nulla ratione e Livio explicari possunt.

I. 9 init. longiorem qualem Eutr.[9]) exhibet consularis imperii definitionem nusquam apud Livium reperies qui (I fin. cap. 60, 4 et II init. cap. 1, 1 cf. 7) brevissime duas

---

[1]) Inclusa in cod. Leid. 1 et 4 leguntur, a Paeanio Fuld. et Paulo (vid. ibid.) omissa sunt.

[2]) Quam urbem Tarquinius Volscis eripuit (Liv. l. c. Victor c. 8 alii) falso igitur Eutr. verba Gabios subactos interponit.

[3]) Renovavit cf. Koehler p. 40.

[4]) Vid. § 3 aedificationem quae vox in Eutropii quoque omnibus codicibus legitur (aedificavit).

[5]) Iunior: vid. Liv. 53, 5 alios (Schw. p. 769 n. 3)

[6]) §. 11 his.. incensam multitudinem perpulit ut regi imperium abrogaret.

[7]) Exacti inde (e castris) liberi regis.

[8]) Tarquinius Romam (venit)... Tarquinio clausae portae.

[9]) Ex Eutr. Iohannes fr. 37= Suidas v. ὕπατοι cf. κονσούλους vid. Append. II.

potissimas eius partes (duo cons... annuos magistratus[1])) innuit. Quae Eutr. apposuit aliis verbis apud alios quoque invenies e. gr. apud Dionys. II. 73. 74 Florum I. 3 (9)[2]) Ioh. Lydum de mag. I. 33. 27 et fortasse aut ex Eutropio aut ex eodem fonte[3]) apud Cassiodorum.

Ibid. ea quae Eutr. de ratione qua Tarquinius Collatinus urbem relinqnere coactus sit attulit fortasse e Livio non accurate perlecto[4]) fluxerunt: ceterum probabilius aliam huius rei famam secutus est: nam Livius[5]) sponte Collatinum se abdicasse magistratu Bruto Lucretio aliis orantibus civitateque cessisse[6]) atque tum demum legem ad populum latam esse ut omnes Tarquiniae gentis exules essent[7]) narrat, Eutr. autem sublatam ei dignitatem esse dicit et legem illam iam antea[8]) latam esse aperte innuit: non sponte eum urbe cessisse sed imperium ei abrogatum esse antiquior[9]) huius rei fama est, quam Ciccro[10]) servavit atque multi scriptores qui Livio potissimo auctore usi esse videntur Florus scil. I. 3 (9) Obsequens 70 eademque occasione Dio Cass. XLVI. 49[11]) cf. Augustin. de C. D. III. 16[12]) etiam Servium in

---

[1]) Cf. Cic. de re p. II. 31, 54 (Romani annua imperia binosque imperatores sibi fecere) atque simillime Sallust. Catil. c. 6 vid. loc. apud Schwegler II. p. 116 n. 1. 2 p. 118 n. 2.

[2]) Imperium (p. R.) in eosdem libertatis vindices transfert, mutato tamen et iure et nomine: quippe ex perpetuo annuum placuit ex singulari duplex, ne potestas solitudine vel mora corrumperetur.

[3]) Vid. supra p. 37: expulso autem urbe Tarquinio bini coss. coeperunt pro uno rege annis singulis administrare r. p.

[4]) Cf. I. 18 ubi similiter Eutr. sublatam esse decemviris potestatem dicit, cum eos quoque se abdicasse constaret (vid. Liv. III. 54, 6 Victor. c. 21 alios).

[5]) II. 2, 3—10 IV. 15, 4 Piso quoque fr. 19 (Peter) Plut. Publ. c. 7.

[6]) C. 2, 10. [7]) C. 2, 11.

[8]) Placuerat enim cet.

[9]) Vid. Mommsen r. Staatsr. p. 512 n. 1 Schwegler II. p. 82 n. 1 (cf. Rubino Unters. I. p. 30).

[10]) Brut. 14, 53 (Brutus collegae suo imperium abrogavit) iisdemque verbis de off. III. 10, 40 cf. de re p. I. 40, 62 II. 31, 54.

[11]) Cons. Wilmanns de Dion. fontibus et auctoritate Berlin 1836.

[12]) Idem II. 17 (coegit de magistratu se abdicare) livianam narrationem secutus est.

Virg. Aen. VI. 819 (qui Tarquinius dicebatur: ob quod solum est urbe depulsus[1])) secuti sunt, dum cum Livio Plut. l. c. item Dionys. V. 12 ex eo Dio Cass. apud Zonar VII. 12 p. 334 D consentiunt[2]): cons. de tota hac quaestione Mommsen Rubino ll. cc. Schwegler II. p. 43—4 p. 79—82.

I 15: de Coriolano addit Eutr. atque hic secundus post Tarqu. fuit qui dux contra patriam suam esset quae non apud Livium leguntur cf. Dionys. II. 66 ἡ μὲν πρώτη[3]) Ῥωμαίοις ἐμπεσοῦσα μετὰ τὴν ἐκβολὴν τῶν βασιλέων στάσις et Cic. ad Att. IX. 10, 3 ubi simili modo Coriolanus cum Tarquinio coniungitur.

II 6: singulare Corvini cum Gallo certamen[4]) eisdem paene verbis quibus Livius VII. 26 eiusque fons Claudius Quadrigarius (fr. 12 Peter apud Gellium N. A. IX. 11) Eutr. narrat: sed cum Livius Gellius item alii scriptores[5]) galeae[6]) Valerii corvum insedisse dicant, Eutr. solus[7]) verba corvus ei supra dextrum brachium sedit habet: quae non errore mutata esse sed fortasse ex pleniore huius rei narratione[8]) fluxisse videntur.

---

[1]) Totus Servii locus singulariter cum Eutrop. concinit (vid. supra p. 31 n. 1): confundit tamen Tricipitinum cum Collatino.

[2]) Sed alias plane causas abdicationi illi Dionys. et Dio subdunt: recte antiquissimam famam Eutr. secutus est cum Collatinum propter nomen urbe cessisse (c. 10 fin. cf. c. 9) diceret: vid. Pison. l. c. Liv. II. 2, 3 (nomen invisum .. non placere nomen) Ciceron. Flor. Augustin. Servium ll. cc. cf. Varron. ap. Nonium p. 222 v. Reditus (Plut. l. c. utramque causam coniungit) cf. Schwegler II. p. 82 n. 3.

[3]) Et quidem falso: negligit Dionys. primam plebis secessionem.

[4]) Ex Eutr. Iohannes Ant. ap. Suidam v. v. *Κελτοί*, *ἀμύσσειν*, *Κορβῖνος*, *ἐπώνυμον* et Planudem fr. 18.

[5]) Flor I. 8 (13) Dio ap. Zonar. VII. 25 p. 361 D Dionys. XV. 1 Victor c. 29 Quintilian II. 4, 18 Elog. Corvin. ap. Henzen num. 5346 (C. I. Neap. 370*)).

[6]) *Κράνει* Dionys. Zonar. ll. cc.

[7]) Quae graece vertunt ll. cc. Planudes et Suidas (v. *Κελτοί* et *ἀμύσσειν*): *κόραξ προσιζάνει τῷ δεξιῷ τούτου βραχίονι.*

[8]) Videtur innuere Eutr., corvum Valerio insedisse ante pugnam commissam, cum processisset armatus. Gellius Liviusque (§ 3) conserenti iam manum Romano (Gell: congrediuntur et consistunt et conserebantur iam manus Dionys. *ὡς δὲ συνῄεσαν ὁμόσε* cf.

Ad finem paragr. huius duos Eutr. locos (I. 11) pertractandos reservavi, quibus nequaquam cum Livio consentit et quos cum ibi de mortibus Tarquinii Superbi et Valerii Publicolae ageret, fluxisse ex catalogo quodam regum[1]) et illustrium quoque virorum saltem primi anni consulum) mortes exhibente a probabilitate non abhorrere videtur. De Tarquinio itaque refert Eutr., tertio post reges exactos anno (scil. ab u. c. 248) Tusculum se contulisse (vid. Liv. II. 15, 7) ibique per quattuordecim annos privatum cum uxore consenuisse, cum Liv. II. 21, 5 eum post pugnam apud Regillum lacum (a 255) Cumas ad Aristodemum tyrannum se contulisse ibique mortuum esse dicat: consentiunt Dionys. VI. 21 Dio apud Zonar. VII. 12 fin. (p. 336 B) Cicero Tusc. III. 12, 27 Victor c. 8 fin[3]). Qui Eutropii error sane levis est[4]), sed etiam quae de temporis spatio adiecit falsa sunt: nimirum mortuus est Tarquinius a. 259 (Liv. l. c.) vel secundum Dionysium a. 258[5]) scilicet anno undecimo vel decimo post annum illum 248. Videtur Eutr. l. c. narrationem de Tarquinii morte ceteris inspersisse ex fonte quodam, qui breviter regum Romanorum mortes enarraverat atque de Tarquinio eum quattuordecim annos

---

Eutr. mox commissa.. pugna) id accidisse dicunt a hoc que rei gestae momento illud armatus processit (Liv.; progreditur Gellius; ἐξῄει τῷ Κελτῷ διαγωνίσασθαι Dionys. cf. Victor.: processit, Eutrop. et cum processisset armatus) seiungunt.

[1]) Vid. § superiore p. 45—47.

[2]) Bruti mortem matronarumque luctum iisdem ut Livius (II. 6, 9; 7, 4) verbis usus refert Eutr. c. 10; ibid. de Lucretio Tricipitino eum morbo mortuum esse dicit, quae verba a Livio aliena de Numae quoque Ancique mortibus usurpat (vid. § super. ibid.): Livius de Lucretio tantum (c. 8, 4): qui magno natu non sufficientibus iam viribus ad consularia munera obeunda intra paucos dies moritur (cf. Dionys. V. 19).

[3]) Vid. Schwegler II. p. 65 n. 1.

[4]) Eutropio usus est Augustin. C. D. III. 15 (cf. Schwegler ibid.) vid. Append. I.

[5]) Βραχύν τινα ἡμερῶν ἀριθμὸν ἐπιβιοὺς (παρ' Ἀριστοδήμῳ) ἀποθνήσκει: confugerat autem ad eum post foedus a Romanis cum Latinis factum a. 258 quo pugnam apud Regillum ponit Dionys. (vid. Schwegler l. c. n. 3).

post ipsius expulsionem (vel quod perinde valet post reges exactos[1])) mortuum esse adiecerat: nam annus varr. 259 quartus est decimus p. r. e. si computationem quam apud Eutrop. cap. 11 exstare supra[2]) docuimus (anno scil. 247 omisso) adhibeas[3]). — Addit Eutrop. Tarquinium cum uxore consenuisse: Livius I. 59, 13 (cf. Eutr. c. 8) Tulliam domo profugisse retulit neque ullam deinde eius mentionem fecit cf. Zonar VII. c. 11 fin. (p. 333 D) qui eam manus sibi attulisse refert[4]).

Eiusd. cap. fin. de morte Publicolae Eutrop.[5]) eadem quae Livius[6]) exhibet sed cum Livius tantum sumptum de publico datum esse referat atque cum eo consentiant Victor c. 15 (publico sepultus) et Dionys. V. 48 (ἡ βουλὴ ἐκ τῶν δημοσίων ἐψηφίσατο χρημάτων ἐπιχορηγηθῆναι τὰς εἰς τὴν ταφὴν δαπάνας), aliam narrationem Eutrop.[7]) verbis collatis a populo nummis sumptum habuerit sepulturae innuere voluisse videtur; nimirum Plutarchus Publicolae vit.[8]) c. 23 duo

---

[1]) Qua de Eutropii (I. 11 sq.) annorum computandorum ratione annoque 247 ab eo omisso vid. supra cap. II. p. 15 sq. (sub lit. II).

[2]) Vid. not. super.

[3]) Computatione Eutr. capitibus 12. 13. 14. 15., quibus annum 247 adnumerare videtur (vid. ibid. p. 16. 17.) adhibita, quartus decimus annus p. r. e. annus est varr. 258 (sextus decimus a. 260 vid. Eutr. c. 12), quo anno Tarquinium mortuum esse Dionys. narrasse videtur.

[4]) *Μόνης τῆς Τυλλίας ὡς λόγος ἑαυτὴν ἀνελόυσης.*

[5]) Quinto anno p. r. e.: annum designavit 250 quo Valerius quater cos. fuit, cum anno demum proximo 251 mortuus sit vid. supra p. 16 n. 6.

[6]) II. 16, 7: moritur... copiis familiaribus adeo exiguis ut funeri sumptus deesset: de publico est datus: luxere matronae ut Brulum [annum adiici debere (vid. Eutr. l. c. Victor. c. 15 fin. Plut. Publ. c. 23 Dionys. V. 48) Koehler p. 95 coniicit].

[7]) Ex Eutr. Hieron. (sumpta publico sepeliretur) Iohann. Ant. fr. 43 (=Suid. v. *μέταιτος*: *ὡς κοινοῖς ὑπὸ τοῦ δήμου ταφῆναι χρήμασι*; rectius verba Eutr. interpretatus est Paean: *ἐκ συνεισφορᾶς τοῦ δήμου τὴν ταφὴν ἀυτῷ γενέσθαι*) Augustin. de C. D. V. 18 (ut nummis a populo collatis eius sepultura curaretur) qui Lucium h. l. Publicolam nominat vid. supra p. 37 (n. 3) Append. I.

[8]) Quam Plut. vitam e Valerio Antiate fluxisse H. Peter Quellen d. Plutarch Halle 1865 p. 45 sq. Kiessling de Dionys. antiqu. auctor. Lips. 1858 p. 24 probarunt. Dionysius sua fortasse e Licinio Macro hausit vid. Kiessling et Nitzsch rh. Mus. XXIII (1868). p. 600 sq.

distinguere videtur: publicum illud funus a Livio Victore Dionysio commemoratum[1]) atque quadrantes a singulis collatos[2]): quam rem a publico funere diversam esse quadrantesque hos plebeiam quandam stipem fuisse ex iis quae Livius II. 33, 11 III. 18, 11 de Menenii Agrippae et P. Valerii Publicolae primi cos filii funeribus rettulit praecipueque e Dionysio VI. 96 liquet, qui diserte plebeiam illam stipem quam tribunis hortantibus in Agrippae funus contulerunt a publico funere a senatu decreto (*ἡ βουλὴ.. ἐκ τῶν δημοσίων ἐδικάιωσε ὁ ἀνάλωμα γενέσθαι*) disiunxit[3]). De primi anni consule in eius funus stipem hanc collatam esse Eutrop. et Plutarchus tantum referunt nam Valerius quoque Maximus IV. 4, 1 prorsus ut Livius tantum eius ex sequias publica pecunia ductas esse notat, Agrippam autem idem § sequ. a populo conlatis in capita sextantibus funeratum esse[4]) narrat. Quod enim Appuleium de magia c. 18 p. 434—5 et Ammianum Marcellinum XIV. 6, 11 attinet, uterque Valerio usus esse videtur: nimirum Appuleius[5]) perperam ea quae Valerius § 1. 2 de Publicola et Menenio attulerat ita coniunxit, ut „utriusque funus

---

[1]) *ὁ δῆμος.. ἐψηφίσατο δημοσίᾳ ταφῆναι το σῶμα* (ex Plut. Zonar. VIII. 13 p. 337 C *δημοσίᾳ ταφεὶς*) cf. Dionysii verba supra adnotata (variant de more voces *βουλὴ* et *δῆμος*).

[2]) *Καὶ τεταρτημόριον ἕκαστος ἐπὶ τιμῇ συνεισήνεγκεν.*

[3]) Vid. Niebuhr I. p. 587 (620) Schwegler II. p. 59 n. 5 p. 233 n. 2 Marquardt r. A. V. p. 356 n. 2267: de Menenii funere vid. locos apud Schweglerum l. c.; alia funerum stipe collaticia factorum exempla attulit Marquardt l. c. (qui Valerii Maximi ibid. laudat. locus V. 2, 3=Plut. Fab. Max. c. 27 fin. non ad Cunctatorem sed ad Rullianum referendus est vid. Victor c. 32 Kempff ad V. M. l. c.)

[4]) Vid. Liv. l. c. (II. 33, 11 extulit eum plebs sextantibus conlatis in capita) Dionys. l. c. Plin. XXXIII. 48 § 138 Senec. Cons. ad Helu. 12 et Victorem c. 18 qui (populus collatis quadrantibus sepeliret) eundem numerum exhibet, quem Plut. de Publicolae funere verba faciens attulerat.

[5]) Capite quarto l. IV antiquae paupertatis exempla affert Valerius: inde Appuleius primum C. Fabricii et Cn. Scipionis filias de publico dotatas (vid. Val. Max. § 10; Manium Curium adiecit Appuleius ex Val. Max. § 11 Fabricios Curios Scipiones) tum Publicolae et Menenii exempla (V. M. § 1. 2.) denique Reguli (V. M. § 6) narrat.

„ob tenuis opes a p. R. collatis sextantibus adornatum esse" narraret, cum illud collatis sextantibus a Valerio de Menenio solo dictum sit. Ex eodem Valerii capite Ammianus l. c. exempla Publicolae Reguli[1]) et Scipionis paupertatis sumpsit: eodem itaque quo Appuleius errore conlaticia stipe humatum Publicolam rettulit[2]). Utrum ea quoque, quae Eutrop. exhibet, ex simili errore profecta sint, in incerto relinquo, cum Plutarchus quoque similia de Publicola narraverit.

Ex simili denique fonte fortasse ea fluxerunt quae Eutrop. (vid. infra § 4) ad Livii textum IV. 5 de Hannibalis morte[3]) addidit eum apud Libyssam in finibus Nicomedensium sepultum esse vid. auctorum qui eadem attulerunt locos apud Nissenium[4]), quibus adde Itinerar. Hierosolym. p. 274 ed. Wesseling. et Ammian. XXII. 9, 3.

Eutrop. libri I cap. 9 p. 7 Hartel: [v. 21—26: vid. supra p. 52. 53] — v. 26—29: Liv. I. 60, 4. — (v. 29. 30: Liv. II. cap. 2. — v. 30. 31: Liv. 2, 11: vid. supra p. 53. 54). — v. 31. 32: Liv. c. 2, 10. (cf. § 7). — v. 32 — p. 8 v. 1[5]): Liv. 2, 11.

Cap. 10 p. 8 v. 1—3: Liv. 6, 1. 2. 4. 5. — v. 3 (in prima pugna): Liv. 6, 6 sq. — v. 3. 4[6]): Liv. 6, 9. — v. 4. 5: Liv. 7, 2. — v. 5—7[6]): Liv. 7, 4. — v. 7—10[7]): Liv. 7, 3. 4. — v. 10—12: Eutrop. ex superioribus (c. 9 p. 7 v. 29—32 c. 10 p. 8 v. 3. 4. 8. 9).

Cap. 11. [v. 12. 13 secundo quoque anno: vid. supra p. 15. 16]. — v. 13—15: Liv. 9, 1—4. — v. 15 (et Romam paene cepit): Liv. cap.

---

[1]) Voce amici mariti vocem apud Valerium senatus reddidisse Ammianus videtur.

[2]) Locos Appulcii et Ammiani pertractavimus, ut nullius momenti eos hac in re esse ostenderemus.

[3]) Camilli mortem Eutrop. II. 4 iisdem verbis quibus Livius VII. 1, 10 narrat: uterque repetit hac occasione ea quae ipse supra (Liv. V. 49, 7 Eutr. I. 20 etiam Cassiodor. et Themist. vid. supra p. 35 n. 2) adnotaverat.

[4]) Crit. Untersuchungen Berlin 1863 p. 228.

[5]) De Lucio Valerii praenomine vid. supra p. 37 Append I.

[6]) Cf. supra p. 55 n. 2.

[7]) V. 8. 9 (quo morbo mortuo): cf. ibid.

10[1]). — v. 15. 16: Liv. c. 11[2]). — [v. 16 tertio anno p. r. e.: vid. supra p. 15. 16]. — v. 16—19[3]): Liv. cap. 15. — v. 19 (quae — est): Eutrop. — [v. 19. 20: vid. supra p. 55. 56]. — [v. 20. 21 quarto anno p. r. e.: vid. supra p. 15. 16]. — v. 21. 22: Liv. 16, 1. — [v. 22 quinto anno: vid. supra p. 15. 16] — v. 22. 23 (Valerius — quater[4]) consul): Liv. 16, 2. — (v. 23—25: Liv. 16, 7 vid. supra p. 56—58).

Cap. 12. [v. 26 nono anno p. r. e.: vid. supra p. 16]. — v. 26—28: Liv. 18, 3. 4. — v. 29 (maior quam consulatus): cf. Liv. 18, 6[5]). — v. 29—34: Eutrop.[6]) — v. 34 — p. 9 v. 2: Liv. 18, 5.

Cap. 13. [p. 9 v. 2 sexto decimo anno p. r. e.: vid. supra p. 16. 17]. — v. 2—4: vid. Liv. c. 23—33. — v. 4—6: Liv. 33, 1.

Cap. 14. [v. 6 sequenti anno: vid. supra p. 16. 17]. — v. 6. 7: Liv. 33, 4[7]). — v. 7. 8: Liv 33, 4—8.

Cap. 15. [v. 8. 9 octavo decimo anno postquam r. e. erant: vid. supra p. 16. 17[8])]. — v. 9[9]): Liv. 35, 2—6. — v. 9. 10 (cf. cap. super. v. 7. 8.): Liv. 33, 5—8. — v. 10. 11: Liv. 35, 6. — v. 11: Liv. c. 35 sq.[10]) — v. 11. 12: Liv. 39, 2—4. — v. 12. 13: Liv. 39, 5 seq. — v. 13: Liv. 39, 10—12. — v. 14. 15: Liv. 40, 1—10. — [v. 16. 17: vid. supra p. 54].

Cap. 16. v. 17[11]): Liv. 48, 1. — v. 18—20: Liv. 48, 7—49, 1. — v. 20—22: Liv. 49, 4[12]). — v. 22—24: Liv. 50, 11[13]). —

---

[1]) Narrationem scil. de Horatio Coclite (vid. § 2 pons Sublicius iter paene hostibus dedit et Plutarch. Publ. 16 *ἐκινδύνευσεν ἡ Ρώμη κατὰ κρατὸς ἁλῶναι*).

[2]) Ubi de praedatoribus Etruscis caesis sermo fit: nescio tamen an verba Eutr. potius ad ea quae Liv. c. 14, 5—9 de Arrunte Porsennae filio ab Aricinis caeso referenda sint.

[3]) V. 17. 18 (qui pacem cum Romanis fecerat): vid. Liv. c. 13.

[4]) de errore Eutr. vid. supra p. 16 n. 6 p. 56 n. 5.

[5]) Moderatorem et magistrum coss. appositum.

[6]) De Iulii Caesaris dictatura cf. Eutr. ipsum VI. 23; de Augusti dictatura in eundem quem Eutr. errorem Flor. II. 34 incidit.

[7]) Cf. 31, 4 Volscis devictis (anno superiore).

[8]) De errore Eutr. vid. supra p. 17 n. 3.

[9]) Quinti praenomen Coriolano omnes codd. et Paean. tribuunt, cum alii scriptores Gnaeum vel Gaium apellaverint (vid. Schwegler II. p. 349 n. 3).

[10]) Vid. Liv. c. 39, 1 imperator Coriolanus ad bellum contra Romanos electus.

[11]) Utrumque praenomen apud Eutr. falsum est: Gaium (Fuld. Graium) pro Kaesone liviani quoque codices Fabium appellant.

[12]) Sex et trecenti milites omnes patricii omnes unius gentis, quorum neminem ducem sperneret egregius quibuslibet temporibus senatus, ibant unius familiae viribus Veienti populo pestem minitantes sq.: Madvig Emend. Livian. p. 63 et Koehler p. 94 sperneres legendum esse censent comparato Eutr. et qui ipse (vid not. seq.) Livio usus est Ovidio Fast. II. 200 (e quis dux fieri quilibet aptus erat).

[4]) Trecentos sex perisse satis constat, unum prope pube-

Cap. 17. v. 24 (post haec[1])): Eutrop. — v. 24—25[2]): Liv. l. III. 24, 10. — v. 25 (sequenti anno): Liv. 25, 1. — v. 25—27: Liv. 26, 3, 4[3]). — [v. 26 (a|b u. duodecimo fere mil.): vid. supra p. 49]. — v. 27. 28: Liv. 26, 6. — v. 28—30: Liv. 26, 8—10. — v. 30. 31: Liv. c. 28.

Cap. 18. v. 32 — p. 10 v. 1[4]): Liv. 33, 1. — p. 10 v. 1. 2: Liv. 33, 2[5]) et capit. 33. 34 passim[6]). — (v. 2 secundo: vid. supra p. 17. 18. 27 sub lit. 1). — v. 2—5[7]): Liv. 44, 1. 2 sq. — v. 6. 7: Liv. 56—58[8]).

Cap. 19. [v. 7. 8 anno — ab u. c.: vid. supra p. 17. 18]. — v. 8—10: Liv. lib. IV. 17, 1 seq. — [v. 10. 11. (repetit. ex cap. 4 p. 6 v. 12. 13): vid. supra p. 49]. — v. 11. 12[9]): Liv. 17, 12. — v. 12. 13: Liv. 17, 8. 9 — cap. 19. — v. 13. 14[10]): Liv. 19, 5. — v. 14 (Fidenae captae et excisae): Liv. c. 23 iterum[11]) c. 34, 2. 3.

---

rem aetate relictum vid. Kreyssig Epist. ad Goeller. p. 456 Wölfflin Phololog. VIII. p. 384 Koehler p. 95 Schwegler II. p. 525 n. 2. 3 p. 526 n. 1. 2 alios: plurimi scriptores qui Livio uti solent scil. Ovidius (vid. Schenkl Ovidius u. Livius in Zeitschrift für österr. Gymnasialwesen Wien 1860 p. 402) Fast. II. 235 Zonar VII. 17 p. 345 A Eutr. Victor c. 14 quique verbotenus cum Victore consentit Servius ad Aen. VI. 846 (cf. quae uterque item Liv. et Oros. de Cunctatore adnectunt) apud Livium propter impuberem aetatem legisse videntur; solus Orosis II. 5 fortasse Livii textum nobis servatum (a Nicomacho interpolatum?) ante oculos habuit, qui illud relictum non de Fabio domi relicto ut alii illi sed de eo ex clade („ad eam enuntiandam") servato intellexit.

[1]) Quae Eutr. cap. 16 narraverat in annos 275. 276 cadunt: verbis post haec res a. 295 gestas adnectit.

[2]) Eandem quam Livius summam (117, 319) exhibent Paean. Leid. 1 et (leuissimis quibusdam erroribus commissis) Pauli et Hist. Misc. codices; Fuld. decem et septem (milia) omittit duobus Hearnii codicibus (L.LC) consentientibus.

[3]) Cf. 25, 6: Aequi in Algido castra locant.

[4]) De numero annorum vid. supra p. 17.

[5]) Laeta principia magistratus eius.

[6]) C. 33, 8; 34, 7.

[7]) Contra Latinos Verginium militasse falso adiecit Eutr. Aequis cum Latinis confusis cf. Flor. I. 5 (11) qui pervicacissimos Latinorum Aequos et Volscos fuisse dicit. — Livii honestum ordinem ducere Eutr. propius ad aevi sui usum accedentibus verbis honestis stipendiis militare reddidit.

[8]) Cf. supra p. 53 n. 4.

[9]) Pro Faliscis apud Eutr. Volsci (Paean. *Βουλόυσκοι* cum I. 8. 14. 15. II. 1 formam *Βολόυσκοι* servaret) scriptum est.

[10]) Anno iam 317 varr.

[11]) Nimirum bis Fidenae captae sunt annis 319 et 328 (Liv. ll. cc.; c. 34, 2. 3 urbs castra diripiuntur).

Cap. 20. v. 14. 15 (post viginti deinde annos[1])): Liv. 58, 1. — v. 15 (Veientani rebellaverunt[2])): Liv. 58, 6. — v. 15. 16[3]): Liv. l. V. 19, 2. — v. 16[4]): Liv. 19, 7. 8. -- v. 16—18[5]): Liv. 19, 9 sq. ultim. 22, 8[6]). — v. 18: Liv. 26. 27. — v. 19 (non — civitatem): Eutrop. cf. Liv. 26, 10. —

[Lib. I. cap. 20 p. 10 v. 19 — lib II cap. 1 p. 11 v. 31: vid. supra p. 31 sq. ubi singulos Livii aliorumque locos adnotavimus]. —

lib. II. cap. 1 p. 11 v. 4 (hinc — crescere) Eutrop.[7]) — v. 4—7[8]): Liv. l. VI. c. 2, 8. 13. 14; 3, 5 sq. — v. 7. 8: Liv. 4, 1.

Cap. 2. v. 8. 9: Liv. 28, 1—3 sq. — v. 10: Liv. 29, 1—3. — v. 10. 11: Liv. 29, 6. — v. 11. 12: Liv. 29, 7. — v. 12: Liv. 29, 10. — v. 12. 13: Liv. 29, 8.

[Cap. 3. v. 13—18: vid. supra p. 36].

Cap. 4. v. 18—20[9]): Liv. VII. 1, 7—10.

Cap. 5. v. 21—23[10]): Liv. 9, 5. 6. — v. 23. 24[11]): cf. Liv. supra c. 4, 5[12]). — v. 24 25: Liv. 9, 8—10, 10. — v. 25: Liv. 10, 11. — v. 25. 26: Liv. 10, 13. — v. 26. 27: Liv. 11, 1. — v. 27: Liv. 12, 9—15, 8. — v. 28. 29: Liv. 17, 6—9.

Cap. 6. v. 29. 30[13]): Liv. 22, 6 seq.. — v. 30 — p. 12 v. 1: Liv. 25,

---

[1]) Quibus verbis Eutr. indutias viginti annorum Veientibus datas (anno 329: Liv. 35, 1. 2) innuit, quarum tempus anno 347 (Liv. l. c.) exiit.

[2]) anno 348 seq.

[3]) anno 358.

[4]) Faliscos et Capenates a Camillo fusos Livius l. c. refert.

[5]) Diu obsidens non de Camillo dici potest sed de tota Veiorum obsidione (Liv. l. c. al.). Victor quoque c. 23 negligentius Camillum Veios decenni obsidione hieme domuisse dicit.

[6]) „Hic Veiorum occasus fuit urbis opulentissimae Etruscorum nominis, magnitudinem suam vel ultima clade indicantis quod decem aestates hiemesque continuas circumsessa. . ."

[7]) Cf. Liv. VI. 4, 6 Roma frequentia crescere sq.

[8]) Sutrium ab Etruscis qui hanc urbem ceperant (Liv. c. 3) a Romanis receptam esse adnotare neglexit Eutr. (ex eo Oros. III. 3).

[9]) Cf. supra p. 58. n. 3.

[10]) Ad tertium lapidem Liv.; Eutropii Fuldensis alii quarto mil. Leid. 1 quinto (Paean. silet).

[11]) Fuld. alii falsum praenomen Lucii (pro Tito) Manlio addunt.

[12]) Summo loco natus dictatorius iuvenis.

[13]) Iterum: scilicet post censum ab ipso l. I. c. 17 memoratum nullius in fonte suo Eutr. census mentionem invenisse videtur

5. 6. — p. 12 v. 1. 2: Liv. 25, 7. 8 — (v. 2. 3: Eutrop.[1])) — v. 3. 4: Liv. 25, 9. — v. 4. 5: Liv. 25, 12. — (v. 5—11: Liv. 26, 1—5 [vid. de v. 7. 8 supra dextrum brachium supra p. 54]). — v. 11—13[2]): Liv. 26, 12.

Cap. 7. v. 13. 14 ex super. cap. 6 p. 11 v. 30 — p. 12 v. 1: cf. Liv. VIII. 4, 7. — v. 14. 15: Liv. VIII. 4, 11 sq. (5, 5). — v. 15. 16: Liv. 5, 7 sq. — v. 16: Liv. 6, 5. — v. 16. 17: Liv. c. 9. 10. — v. 17. 18[3]): Liv. 13, 8. 9. — (v. 19 falso loco: vid. Liv. 24, 1[4])).

Cap. 8. (v. 20—22: Eutrop.[5])). — [v. 20. 21 (in — urbe) et v. 22 (qui — Apuliam): vid. supra p. 49]. — v. 23. 24: Liv. 30, 1. — v. 24—26: Liv. 30, 2. — v. 26 (ille occasione reperta): Liv. 30, 3. 4. — v. 26. 27: Liv. 30, 4—8. — v. 27. 28: Liv. 32, 1—10 (vid. § 6). — v. 28: Liv. 32, 11—33, 2. — v. 29: Liv. 33, 3—35, 8. — v. 29. 30 (tanta — interficeretur[6])): Liv. 32, 11 — 33, 2.

Cap. 9. v. 30. 31: Liv. l. IX. 1, 1. — v. 31—33: Liv. c. 2—6. — v. 33. 34[7]): Liv. c. 8 sq. — v. 34. 35: Liv. c. 14. 15. — v. 35. 36: Liv. 15, 7. — v. 36: Liv. 16, 11[8]). — v. 36 — p. 13 v. 1: Liv. 29, 6[9]). — p. 13 v. 1

---

[1]) Livii verbis § 8 neglectis, qui legionem quaternum míllium et ducenorum peditum equitumque trecenorum hac aetate fuisse adnotavit, sui aevi usum secutus legionem sex millla habuisse ponit Eutr.

[2]) Leidensis 1 m. 1 sola veram lectionem (Coruum) quae in Livio quoque legitur servare videtur, aliis omnibus (Fuld. Paean. Ioh. Ant.) communiorem Corvini exhibentibus.

[3]) Vid. quae de hoc loco cum Cassiodoro comparando supra p. 37 n. 8 disputavimus.

[4]) Vid. ibid.

[5]) Eutr.: iam Romani potentes esse coeperunt: bellum enim... apud Samnitas gerebatur cf. verba quae Livius VII. 29, 1 (majora iam hinc bella et viribus et longinquitate vel regionum vel temporum [spatio] quibus bellatum est, dicentur: namque eo anno adversus Samnitas, gentem opibus armisque validam mota arma) primi Samnitici belli initio exhibet: quod cum apud Eutr. plane praetermissum sit, similia ante secundum S. bellum enarrandum apposuisse videtur.

[6]) Ut paene ipse interficeretur leviter ab Eutr. additum esse videtur.

[7]) Pax (Eutr.) vid. Liv. c. 1, 1; 5, 2.

[8]) Vid. Fast. triumph. cf. Liv. 15, 10.

[9]) Nomina viae et aquae Livius non addidit: qua de causa non solum Eutrop. sed etiam Periocha et Pompon. de orig. jur. § 36 falsum aquae ab Appio Claudio inductae Claudiae nomen indiderunt, denique Victor c. 34 eandem ipse falso Anienem vocavit: qui omnes in singulis vocibus induxit . . stravit: Liv. muniuit . . in urbem duxit) inter sese concinunt.

(Samnites reparato bello sq.) ad anni ab u. c. 462 Samniticam victoriam enarrandam (Liv. deperd. XI) transit Eutrop., cum antea (p. 12 v. 34—36) L. Papirii Cursoris a. 434 de Samnitibus víctoriam retulisset: quam confudisse videtur cum L. Papirii Cursoris a. 461 consulis de Samnitibus victoria (Liv. X. 40 sq.) cui Orosius quoque (II. 22) cladem illam Fabii Gurgitis adnectit.

§ 3. Eutrop. l. III c. 7—23 cum Livii decade III comparata.

Quae hucusque de quaestione utrum Eutrop. Livio usus sit disputavi, levibus sane fundamentis niti ipse fateor, cum ipsorum fontium quibus in prima decade Livius usus est exquirendorum adhuc vix prima initia facta sint atque ea quoque Eutropii, quae cum Livio concinunt, ex aliis annalibus petita esse possint: verba enim ipsa a posterioribus annalium scriptoribns etiam a Livio e superioribus (inde a Fabio Pictore) repetebantur paucis fortasse mutatis vel additis ita ut maximam partem omnes paene ad verbum consentirent[1]). Aliter res cum Livii decadibus tertia quarta et quinta sese habet; qui cum in his Polybium quoque ad manus habuerit, magna inde inter eum aliosque annalium scriptores differentia orta est.

Iam Eutropii libro III (c. 7—23) cum Livii decade tertia comparato plurima apud eum a Livio aliena invenies, quorum quaedam Koehler libro supra laudato p. 93 adnotavit, praecipueque ordinem rerum a Scipione in Africa gestarum (Eutr. c. 21—23) prorsus aliter atque a Livio (lib. XXX) disponitur describi probavit: quae discrepantia mea quidem opinione inde orta est quod Livius iam in multis tertiae decadis libris praecipueque in hoc ipso XXX Polybio, Eutropius autem annalistico fonte usus sit[2]). Quam sane grauissimam quaestionem quominus

---

[1]) Vid. C. Peter das Verhältniss des Livius und Dionys. zu einander und zu den alten Annalisten, Gymnasial-Programm von Anclam 1853 alios.

[2]) Quam de Eutropii capitum laudatorem fontibus opinionem nuper Woelfflin in disputatione de Antiocho Syracusano et Coelio Antipatro (Leipzig, Teubner) protulisse videtur: quod opusculum nondum inspicere potui.

hoc loco pertractem opinionemque meam probem opus meum iam nimis longum in fines aliquos coarctandi necissitudine impedior: cum enim de Polybio a Livio in tertia decade exscripto adhuc sub iudice lis sit, non solum eiusdem quam maximam rationem habere mihi oportuerit, sed etiam quin adhuc plane neglectae de aliorum qui nobis has res servaverunt scriptorum Appiani scil. Dionis Cassii Plutarchi item Frontini Nepotis Valerii Maximi aliorum fontibus quaestionis onus paene solus susciperem nulla me subtrahere ratione potuerim. Qua itaque quaestione ad opportuniorem occasionem reservata, uberius de quaestione utrum quarta et quinta decadibus Livii Eutr. usus sit, disputabo.

§ 4. Eutropii lib. IV cap. 1—8 cum Livii decadibus quarta et quinta comparata.

Quibus in capitibus Eutropiana certe a Livio aliena duo tantum inveni: ea scilecet quae cap. 5 de Hannibale apud Libyssam in finibus Nicomedensium sepulto adiecit qua de re iam supra[1]) tractavimus atque quae cap. 4 de Eumenia in Phrygia ab Attalo Eumenis fratre condita nescio qua ratione[2]) addidit.

Quibus exceptis, fere omnia liviana sunt, quae eo graviora esse mihi concedes, quod Livius hac certe in operis sui parte[3]) duos plane diversos fontes Polybium scil. romanosque annales in unum coniunxerit: quae cum Livius quoad iudicare possumus primus fecerit, quam maxima cum cum probabilitate Eutropium ex eo fluxisse affirmare poterimus, si apud eum eadem ratione annalistica cum polybianis coniuncta invenerimus[4]). Singula deinceps Eutropii capita percensebo,

---

[1]) P. 58.

[2]) Cf. Stephanum voce *Ἐυμένεια* qui eam ab Attalo II Philadelpho in honorem fratris Eumenis II conditam esse refert: cuius originis Eutr. h. l. ut mentionem iniiceret, Eumenem, de quo apud eum ibi sermo fit, fratrem dixit Attali regis qui post eum regnavit.

[3]) Vid. sagacissimam Nissenii in fontes Livii decad. IV et V inquisitionem (crit. Untersuchungen etc. Berlin 1863).

[4]) Simillima ratione ductus Nissenius de Dionis Cassii fontibus iudicavit (Anh. III. p. 308 sq.).

Livio ubique collato: simul huius fontem ex Nisseno apponam:

Eutrop. lib. IV. cap. 1 p. 25 Hartel v. 23. 24: Livius (annal.[1]): XXXI. 1, 6 pacem Punicam bellum Macedonicum excepit).

Cap. 2. v. 24. 25 (quingentesimo-condita): Liv. (annal.[2]): XXXI. 5, 1 anno quingentesimo quinquagesimo primo ab u. c. P. Sulpicio Gallo C. Aurelio Coss. bellum cum rege Philippo initum est[3])). Cap. 2.

v. 25. 26: vid. Liv. lib. XXXII. XXXIII.

v. 26— p. 26 v. 2: quae omnia apud Livium XXXIII. c. 30 inveniuntur, qui ipse narrationem e Polybio annalibusque contaminatam[4]) exhibet: itaque cum alii scriptores qui his de rebus retulerunt partim e Polybio (Appian. Maced. 9 Plut. Flam. 9 cf. Iustin. XXX. 4) partim e Livio (Dio apud Zonar. IX. 16 fin.) sua hauserint, puraque annalium narratio nusquam nobis servata sit, distingui non potest, utrum Eutropii narratio ex annalibus ipsis fluxisse potuerit. Sane plurima eorum, quae Eutr. exhibet, apud Livium quoque annalistica sunt; vid. v. 27. 28: Liv. § 1 (polyb.: pax data Philippo in has leges ut omnes Graecorum civitates quae in Europa quaeque in Asia essent, libertatem ac suas haberent leges sq.) sed respexisse videtur Eutr. (ne Graeciae civitatibus quas Romani contra eum defenderent bellum inferret) ea quae Liv. § 6 ex annalibus[5]) adiecit (bellum extra Macedoniae fines ne iniussu senatus gereret[6])) nominatimque e Claudio § 9 (ne cum Eumene Attali filio — novus is tum rex erat — bellum gereret[7])).

---

[1]) Nissen c. VII. § 1—3.

[2]) Nissen ibid.

[3]) Ad belli initium (non autem ad Flamininum contra Philippum missum) apud Eutr. quoque annum ab u. c. ab eo appositum referre debere Paeanio comparato supra p. 21 n. 1 docui.

[4]) Nissen cap. IX. § 4.

[5]) Nissen ibid.

[6]) Consentit Zonar. l. c.: quae falsa esse Nissen l. c. p. 146 probavit.

[7]) Nissen l. c.

(Cap. 2.) — v. 28: Liv. § 5 (captivos transfugasque reddere Philippum Romanis: polybian.) — v. 28. 29: Liv. § 5 (polyb.): aperte Eutropii error (quinquaginta pro quinque[1])) est, cum eandem quam Liv. summam Polyb. quoque et Zonaras[2]) exhibeant. — v. 29— p. 26 v. 1: Valerii Antiatis apud Livium § 8 narrationem continent (Valerius Antias quaternum milium pondo argenti vectigal in decem annos impositum regi tradit). — p. 26 v. 1. 2: vid. Liv. § 10 (in haec obsides accepti inter quos Demetrius Philippi fil.) quae ipsa annalistica sunt, cum hanc rem Polyb. loco superiore XVIII. 22 narrasset (ex eo Liv. c. 13, 14 Zonar. p. 446 D), nostro loco Livius ex annalibus eadem repeteret.

p. 26 v. 2. 3: Liv. XXXIV. 25 sq. (vid. c. 28. 38. 39).

v. 3. 4 (et quibus voluit conditionibus in fidem accepit) optime Livii narrationem in pauca verba contractam referunt: vid. XXXIV. c. 35 ubi Flamininus suas[3]) pacis cum Nabide conditiones proponit (cum antea c. 33 socii p. R. paci huic adversati essent Romanusque imperator oratione c. 34 habita ad suam eos opinionem reduxisset[4])), quae cum a Lacedaemoniis (vide c. 36. 37) fuerint negatae bellumque redintegratum (c. 37, 6), ad Spartam pugna Nabidem Romani vicerunt (c. 38. 39) eumque compulerunt ut (c. 40, 4) „eo deducta res sit ut iis conditionibus quae ex scripto paucis ante diebus editae erant (c. 35) induciae fierent": quam pacem senatus (c. 43, 1. 2) ratam esse censuit. Quae omnia Periocha quoque paucis Eutropianisque simillimis verbis expressit: data his (Lacedaemoniis et Nabidi) pace qualem ipse volebat. — Livius sua e Polybio hausit[5]), de annalium scriptoribus certe dubitari potest,

---

[1]) Contra morem Fuld. et Paulus litera l (reddere t l F.) numerum designant, Leid. 1 monstrosum illud L. Quinctius (voce fortasse plena quinquaginta ad literam l in eius archetypo adscripta) exhibet.

[2]) Plutarch. ipse falsum numerum δέκα exhibet.

[3]) Inde Quinctius adhibitis legatis tantum tribunisque milit. condiciones in quas pax cum tyranno fieret has conscripsit sq.

[4]) C. 34, 9: faceret quod e re p. pop. Rom. sociorumque esse crederet permiserunt (socii).

[1]) Nissen cap. X. § 2 p. 159—160.

utrum eodem modo has res retulerint, cum (vid. Liv. c. 41, 8—10) de bello cum Nabide gesto plane alia narrassent. (Cap. 2.)

v. 4—6: Liv. c. 52 (vid. § 9 ducti ante currum multi nobiles captivi obsidesque inter quos Demetrius regis Philippi filius fuit et Armenes Nabidis) ex annalibus[1]).

Cap. 3. v. 7—9: Liv. XXXVI. 1, 1 sq. Cap. 3.

v. 9 (huic-iunxerat): Liv. XXXIV. 60, 2 et XXXIII. 49, 7. 8 (polybian.[2])).

v. 10. 11 (Carthaginem — relinquens): eadem de causa Hannibalem Carthagine profugisse Livius XXXIII. c. 45—49 exponit ex Polybio, consentientibus aliis qui hanc rem narraverunt scriptoribus[3]) praeter annalium quendam scriptorem, qui[4]) Hannibalem statim post pugnam apud Zamam ad Antiochum profugisse narraverat.

v. 11. 12: pugnam ad Thermopylas Liv. XXXVI. c. 18. 19 (vid. 19, 5 direptio castrorum; c. 19, 9) ex Polybio[5]) descripsit; sed neque hic neque alius quisquam „castra regis Antiochi nocturna pugna capta esse" tradidit: nimirum ex Livio item ex Appiano[6]) Syriac. c. 19 fin. Zonar. IX. 20 p. 451 D[7]) et Frontino II. 4, 4 capta illa esse in pugnae fine constat, fortasse itaque vespere vel nocte ineunte haec acciderunt[8]), sed nusquam hoc diserte additum invenies. Fieri potest ut Eutr. Catonis illud per Callidromi iugum iter quod nocte[9]) pugnam praecedente

---

[1]) Nissen c. X. § 5.

[2]) Nissen IX. § 9 X. § 7.

[3]) Vid. Nissen IX. § 9.

[4]) Vid. Liv. XXX. 37.

[5]) Nissen XII. § 2. 3.

[6]) Qui ipse Polybium exscripsit vid. Nissen l. c.

[7]) Cuius narratio e Livio fluxit vid. ibid.

[8]) Appianus M'Acilium Scarpheam tenus hostes persecutum esse indeque reversum castra diripuisse tradit vid. etiam Liv. § 6. 7 (in castra reverterunt); adiungit Livius § 8 noctis insequentis tertia vigilia consulem equitatum ad persequendum hostem praemisisse.

[9]) Vid. Plutarch. Cat. m. c. 13 qui ex Catone ipso hausit; Livius iter illud nocte factum esse non diserte refert sed Polybium quoque haec ita narrasse ex Appiano c. 18 cf. Livium c. 18, 8 (sopitos) elucet; itaque Dio apud Zonar. l. c. qui certe e Livio hausit (Catonem enim

(Cap. 3.) factum est respexerit: quod Livius brevissime (c. 17, 1 c. 18, 8 cf. Appian.) attigit, annalium scriptores ex Catone ipso (vid. Plutarch. cf. Frontin.) uberioribus narrationis coloribus depinxisse videntur[1]).

v. 13. 14: Liv. XXXVI. 35, 13 (ex annalib.[2])): auxilium Philippi contra Antiochum[3]) Livius supra in belli gesti narratione (vid. c. 13. 25. 33) notaverat.

Cap. 4. Cap. 4. v. 14. 15: Liv. XXXVII. 1, 1.

v. 15. 16[4]): Liv. XXXVII. 1, 9 — 4, 4 (annal.[5])).

v. 16. 17: Liv. c. 22—24 (polyb.[6])).

v. 17—19: Liv. c. 37—44. — v. 19. 20: Liv. c. 39, 9 al. — [v. 20. 21: addita vid. supra p. 64 n. 2]. — v. 21. 22: Liv. 44, 1: quae omnia Livius ex Polybio[7]) hausit, propterea que Livius et Eutropius in numeris a parte Antiochi caesorum cum Appiano Syr. 36 Iustino XXXI. 8, 7 consentiunt, cum annalium scriptores multo maiorem numerum exhibuisse videantur vid. Florum I. 24 (II. 8)[8]).

---

et Valerium Flaccum *ὑποστρατήγους* nominat, qua voce falsum illud livianum (c. 17, 1) legatos vertisse videtur, cum tribuni milit. — *χιλιάρχοι* — fuerint vid. Cic. Cat. m. 10, 32 Plut. c. 12 Appian. c. 18 cf. Polyb. XX. 10 Frontin l. c. Victor. c. 47) ex eodem (vid. c. 17, 1) suum *νυκτὸς* finxisse videtur, fierique potest ut haec vox (cf. Eutr.) apud Livium exciderit.

[1]) Ceterum valde dubito, num miraculosi illi numeri quos Antias exhibet (Liv. c. 19, 12) e Catone fluxerint.

[2]) Nissen XII. § 5 p. 185.

[3]) Vid. Polyb. XX. 13 Appianum c. 20 (*τῆς συμμαχίας ἀμειβόμενοι*).

[4]) Quaedam videntur apud Eutr. excidisse: nam Paeanius non solum vocem *χειροτονεῖται* (*ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ ἡγάτος*) addit, quam fortasse aliunde sumpsit (cf. Appian. Syr. c. 21 *σύμβουλον αἱρῶνται*; Livius l. c. et Cic. Phil. XI. 7, 17 Africanum ipsum se obtulisse legatum fratri iturum tradunt) sed etiam diserte adiecit *καὶ φέρειαι κλήρῳ τὰ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ἀντίοχον ἐπὶ τὸν Σκιπίωνα*, quibus dilucide liviana 1, 10 (ac prope omnes Scipioni Graeciam . . decreverunt) expressit vid. Liv. l. c. Val. Max. V. 5, 1 Cicer. l. c. (Antiochicum bellum L. Scipioni decretum est postquam frater eius se ei legatum iturum dixit cum antea alteri consuli Laelio ea provincia decernebatur) cf. Cic. pro Murena 14, 32 Liv. § 7 sq. quae Paeanius quoque verbis laudatis innuisse videtur.

[5]) Nissen XIII. § 1. 2.

[6]) Nissen XIII. § 3. 4.

[7]) Nissen XIII. § 6.

[8]) Nissen l. c. p. 196; ex Floro Rufus c. 12 hausit.

v. 22—26 pacis cum Antiocho conditionis Eutr. exponit, (Cap. 4.) quas Livius XXXVII. c. 45 Scipionem obtulisse a regeque acceptas esse, c. 55, 1 sq. a senatu comprobatas esse narrat et quidem omnia ex Polybio[1]): neque quidquam ex aliis scriptoribus de Romana huius rei narratione disci potest cum e Polybio (Appian. Diodor. et Iustin. XXXI. 8, 8) vel ex Livio (Zonar.) sua hauserunt[2]): v. 23. 24[3]) vid. Liv. 45, 13 in Scipionis oratione (postquam traiecimus Hellespontum priusquam castra regis priusquam aciem videremus, cum communis Mars et incertus belli eventus esset, de pace vobis agentibus, quae pares paribus ferebamus conditiones[4]) easdem nunc victores victis ferimus) cf. Polyb. XXI. 14 init. Zonar. l. c. Appian. l. c.[5]) — v. 24. 25: Liv. l. c. § 14 (Europa abstinete Asia omni quae cis Taurum montem est decedite) cf. Livii locos c. 35, 10 XXXVIII. 38, 3. 4 et locos Polybii Appianique laudatos[6]). — v. 25 (decem milia talentorum) falso Eutr.

---

[1]) Vid. Polyb. XXI. 13. 14 XXII. 7.

[2]) Vid. Nissen XIII. § 8 XIV. § 4 ubi praeclare Appianum Syr. 38 Diodorum XXIX. 13 Polybio usos conditiones pacis quae a Scipione propositae erant (Liv. XXXVII. 45) cum foedere anno sequente 566 conscripto atque partim iniquiore (Liv. XXXVIII. 38 Polyb. XXII. 26) confudisse demonstravit: Zonar. IX. 20 p. 453 D aequas illas Scipionis conditiones a Manlio Volsone proconsule aggravatas esse dicit: sed quae expresse affert, obsides Antiochum dare (de Antiochi filio vid. Nissen p. 208) et Hannibalem dedere coactum esse iam in Scipionis conditionibus continebantur vid. Liv. XXXVII. 45, 16 Polyb. XXI. 14.

[3]) Quas conditiones Eutr. a senatu datas esse refert: vid. Liv. XXXVII. 55, 1 sq. (Polyb. XXII. 7 cf. Appian. c. 39 cons. Nissen l. c.) qui conditiones a Scipione propositas a senatu confirmatas esse narrant.

[4]) Vid. Liv. c. 35, 7—10 Polyb. XXI. 11 fin. cf. Zonar. p. 453 init. Appian c. 29 (Nissen XIII. § 4).

[5]) De quo cf. Nissen l. c. p. 207—8.

[6]) Omnes Antiochum Asia quae cis Taurum sit decedere iussum esse tradunt, quae Eutr. simpliciter voce Asia expressit, aevi sui usum secutus, quo illa voce Asia minor definiebatur (vid. in altera operis nostri parte de Rufi c. 12 Ammianique XIV. 8, 1 locis quibus Tauri iugo Asiae et Orientis dioeceses divisas fuisse innuerunt); similiter Iustin. XXXI. 7, 8 (rem a Livio XXXVII. c. 35 narratam referens): ut Asia Romanis cederet, contentus Syriae regno esset. Qui error levissimus est, nam regiones e quibus Antiochus decedere iussus erat, Eumeni

(Cap. 4.) scripsit pro quindecim milibus, quam summam omnes scriptores (Liv. XXXVII. 45, 14 XXXVIII, 38, 13 Polyb. llcc. Appian. c. 38 Diodor. XXIX. 14) exhibent. — v. 25. 26 (viginti obsides praeberet): Liv. XXXVII. 45, 16 XXXVIII. 38, 15 Polyb. llcc. Appian. c. 38. 39[1]). — v. 26 (Hannibalem concitatorem[2]) belli dederet): Liv. XXXVII. 45, 16 XXXVIII. 38, 18 Polyb. llcc.[3])

v. 26—29: Liv. XXXVII. 55, 5 (ut cis Taurum montem[4]) quae intra regni Antiochi fines fuissent Eumeni attribuerentur praeter Lyciam Cariamque usque ad Maeandrum amnem: ea ut civitatis Rhodiorum essent) et singullatim c. 56: omnia ex Polybio XXII. 7 cf. Appian c. 44[5]).

v. 29 — p. 27 v. 1: Liv. XXXVII. 58, 6 sq. ex annalib.[6])

Cap. 5. Cap. 5 p. 27 v. 1: Consulum nominibus annum 568 (vid. Liv. XXXIX. 8, 1) designat Eutr. sed quae

---

attributae sunt quem Asiae regem Eutr. ipse c. 6. 8. 18 et passim alii appellant vid. Marquardt r. A. III. 1 p. 130 Bergman de Asia Roman. provincia Berol. 1846 ubi consulta de Asia provincia ex Eumenis regno facta.

[1]) Vid. Nissen l. c. (p. 208); de Zonara vid. pag. super. n. 2.

[2]) Fortasse cum cod. Leid. 1 concitorem legendum est, cf. Liv. l. c. de Thoante Aetolo.

[3]) De Zonara vid. ibid. (pag. super. n. 2).

[4]) Quae Eutr. verbis omnes Asiae civitates reddidit vid. pag. super. n. 6.

[5]) Nissen XIII. § 8.

[6]) Nissen ibid. — Eutr. codices fere omnes formam cognominis rariorem Asiagenes exhibent, quam Eutropio propriam esse inde elucet, quod perraro a scriptoribus usurpabatur: nam praeter Eutr. tantum apud Livium sed alio loco XXXIX. 44, 1 Diodor. XXX. c. 4 Sidonium Carm. VII. 80 Orelli Inscr. 557 (Asiagenus: ita Fuld. quoque m. 2 Leid. 2 apud Eutr.) in nummis (vid. Mommsen röm. Münzwesen p. 575) etiam apud Sulpicium Severum Chronic. II. 19, 4 (vide Bernays Chronik des S. S. Berlin 1861 p. 62. 63) invenitur: vulgatiorem formam (quam Livius quoque nostro loco exhibet) Asiatici Pacanius quoque apposuit ex Dione fortasse (cf. E. Schulze in Philol. XXIX. p. 285 sq.), quem formam hanc exhibuisse Zonar. IX. 20 p. 454 init. testis est. — Solito uberius h. l. loquitur Eutrop., quibusdam (quia — appellabatur) a Pacanio omissis cf. Zonar. l. c. *καὶ τὴν τοῦ Ἀσιατικοῦ ἐπωνυμίαν δὶ ἀυτὴν (νίκην) ἔσχεν ὥςπερ ὁ ἀδελφὸς ἀυτοῦ Ἀφρικανὸς ἐπεκλήθη τῆς Καρχηδόνος κρατήσας μέγιστον ἐν τῇ Ἀφρικῇ δυνηθείσης* cf. Ciceron. pro Murena 14, 31 (eadem brevissime Livius verbis ne cognomini fratris cederet innuit).

v. 2. 3 refert in annum superiorem cadunt vid. Livium (ex annalib.[1])) XXXIX. c. 5, 13 (triumphavit ante diem decimum Kal. Ianuar. de Aetolis et Cephallenia): qua in levi sane discrepantia vix quis aliam de huius triumphi tempore famam[2]) quaeret. (Cap. 5.)

Etiam quae secuntur

v. 3—7 non in annum 568 sed in a. 571 cadunt: Liv. XXXIX. 51 (ex Polyb.[3])).

[v. 6. 7: addita vid. supra p. 58].

Cap. 6. v. 8: vid. Liv. XL. 54, 1 sq. Cap. 6.

v. 8—10: Eutrop. (ex superiorib. c. 2. 3 repetita).

v. 10. 11: vid. Liv. XLII Eumenis orationem (c. 11—14), qui primum huius rei nuntium Romam attulit (c. 12, 8 cf. Appian. Maced. 11: ex Polybio[4])).

v. 11—16 apertissime ex Livio qui e Polybio[5]) utriusque partis sociorum conspectum exhibet (XLII. 29)[6]) cf. similem conspectum apud Eutrop. c. 20 (Oros. V. 10).

v. 16. 17: Liv. XLII. 32, 4.

v. 17. 18: Liv. XLII. 59—61.

v. 18—20: simillime Livius XLII. 62, 9—12 (legati ad consulem missi adhibito frequenti consilio auditi sunt pacem petiere . . . Romana constantia vicit in consilio: ita tum mos erat, in adversis voltum secundae fortunae gerere, moderari

---

[1]) Nissen XV. § 1.

[2]) Vid. Nissen XIV. § 6: secundum Polybium iam anno 566 Fulvius e provincia sua revertisse videtur.

[3]) Nissen XV. § 5. 6.

[4]) Nissen XVII. § 1 p. 245.

[5]) Vid. Nissen XVII. § 3 cf. App. Maced. 11 Mithr. 2.

[6]) Quae Eutr. de Gentio Illyrici rege refert eum iam apertum Persei socium designans per prolepsin dicta sunt (nam anno demum 586 — Liv. XLIV. 23 — aperte Macedonum partis esse incipit, anno autem 583 — Liv. l. c. § 11 — „nondum satis statuerat utram foveret partem . . et his aut illis se adiuncturus videbatur") neque ea ex annalistico quodam fonte derivare velim vid. Liv. c. 26, 2 sq. (ex annalib. sec. Nissen XVII. § 2 p. 247) ubi Gentium iam suspectiorem eo tempore Romanis fuisse innuit. — Falso Eutr. Ptolomaeum Aegypti regem in auxilio Romanis fuisse affert, cum Liv. c. 29, 7 de tutoribus eius verba faceret.

(Cap. 6.) animo in secundis: responderi placuit ita pacem dare si de summa rerum liberum senatui permittat rex de se deque universa Macedonia statuendi ius) ex Polybio XXVII. 8[1]) cf. App. Maced. 12.

v. 20—22[2]): Liv. XLIV. 21, 3. 4 (annal.[3])).

(v. 22—26): v. 22. 23: Liv. XLIV. c. 31. — v. 23: Liv. c. 31, 13 sq. — v. 23—25: Liv. c. 32, 2. 3 (Perperna . . Etlevam uxorem cum filiis duobus . . et Caravantium fratrem Scodram in castra adduxit[4])). — v. 25. 26: Liv. c. 32, 4. 5[5]) (Anicius bello Illyrico intra triginta dies perfecto nuncium victoriae Perpernam Romam misit . . hoc unum bellum prius perpetratum quam coeptum Romae auditum est): omnia haec (v. 22—26) ex Polyb.[6]) cf. Appian. Illyr. c. 9.

Cap. 7. Cap. 7. v. 27—30: Liv. XLIV. 40—42 ex Polyb. cui ex annalibus temporis pugnae definitionem Livius c. 37, 9 admiscuit[7]): quam Eutrop. ex Livio repetit verbis eius male intellectis[8]) atque in numeris caesorum Macedonum et Romanorum cum Livio c. 42, 7. 8 scilicet cum Polybio consentit, cum Romana Scipionis Nasicae apud Plutarchum Paul. 21 huius rei narratio alios plane numeros (XXV m. Macedonum LXXX Romanorum[9])) tradiderit. — Quae v. 29 in Eutr. editio-

---

[1]) Nissen XVII. § 5 p. 255.

[2]) Communis omnium Eutr. codicum error Gaius (pro Lucio) Anicius est.

[3]) Nissen XVIII. § 4.

[4]) Neque hic neque in Anicii triumphi descriptione (Liv. XLV. 43, 6 vid. Eutr. c. 8) matris Gentii apud Livium mentio fit: sed Liv. c. 32, 4 misisse Anicium (Romam) Gentium regem ipsum cum parente coniuge liberis et fratre dicit ubi voce parens matrem (Eurydicen c. 30, 2) designatam esse perspicuum est, cum pater eius iam mortuus esset.

[5]) E Livio Flor. I. 29.

[6]) Nissen XVIII. § 5: levi errore Appian. bellum hoc viginti diebus finitum esse notat.

[7]) Nissen l. c. p. 266—7.

[8]) De nocte quae pugnae diem antecessit Liv. l. c. nocte quam pridie Nonas Septembres insecuta est dies dicit; diem ipsum Eutr. III Nonas Sept. nominat.

[9]) Nissen XVIII. § 6 p. 269 App. I. § 5 p. 302: Posidonius apud Plut. l. c. eundem quem Polyb. occisorum Romanorum numerum affert.

nibus leguntur (equitatus cum rege integer[1]) fugit) ad (Cap. 7.) verbum cum Livio c. 42, 1 concinunt (equitatus prope integer pugna excessit, princeps fugae rex ipse erat cf. 43, 1[2])).

v. 30. 31: Liv. XLIV. 45, 5 (Beroea primum deinde Thessalonica et Pella et deinceps omnis fere Macedonia intra biduum dedita); § 7 (Pydna): ex Polyb.[3]).

v. 31—34: consentit Eutr. cum Liviana narratione XLV. 5—8 quae ex Polybio fluxit[4]) nec multum ab ea abhorret Scipionis Nasicae[5]) apud Plutarchum c. 26. 27 narratio: v. 31 (cum desereretur ab amicis): vid. Liv. c. 6, 1. 2. 5. 9 cf. XLIV. 43, 5. 6 Plutarch. c. 23[6]). — v. 32 (venit in Pauli potestatem): Liv. c. 6, 10 sq. — v. 32. 33 (sed—habuit): Liv. c. 7. 8 (8, 8 alius omnis ei honos habitus est, qui haberi in tali fortuna poterat) cf. Plut. c. 26. 27. — v. 33. 34 (nam—permisit): ita rem Livius narrat (c. 7, 5 summittentique se ad pedes sustulit nec attingere genua passus) cf. qui eius narrationem secutus est Valerium Maximum V. 1, 8 (conatumque ad genua procumbere dextera manu[7]) adlevavit) et ex Eutrop. Iohannem Antiochenum fr. 57 (= Suid. v. *Ἀιμίλιος* Planudem fr. 59): *πεσεῖν βουληθέντα πρὸς τοῖς γόνασιν ἀυτοῦ ἀναστήσας*[8]): e contra Plutarchi[9]) auctor Nasica, pravo

---

[1]) Quae lectio in solo codice Leid. 1 nititur cum alii omnes (Fuld. Paul.) vocem interfugit exhibeant, Paean. quoque illud integer non agnoscat.

[2]) Similiter Plut. c. 23 init. ex Posidonio Nissen ll. cc. p. 270. 271. 302.

[3]) Nissen l. c. p. 266. 267; ex-Polybio quoque Plutarch. c. 24 (Nissen l. c. p. 302).

[4]) Nissen XIX. § 1.

[5]) Nissen p. 269 et p. 303.

[6]) Ex Posidonio vid. supra n. 2.

[7]) Vid. Liv. l. c. dexteram porrexit Dionem fr. 66, 4=Zonar. IX. 23 p. 459 B (in Liviana narratione) *ἐδεξιώσατο* etiam Plut. c. 27 in. *δεξιωσάμενος*.

[8]) Quae secuntur apud Iohannem Pauli verba ex Plutarcho c. 26 petita sunt sed probabiliter non ex eo ipso sed ex Dione, qui (Zonar p. 459 B C) Livianae narrationi Plutarchianam adiunxit.

[9]) Ex eoque Dio l. c.

(Cap. 7.) quodam adversarii minuendi studio[1]) ductus, re vera Persen „in faciem prostratum prehensis Pauli genibus voces parum generosas edidisse" narravit (c. 26), sublevatumque a Paulo tum demum esse retulit (c. 27), postquam ei acerba et ludibrio plena oratione ignaviam eius Paulus exprobraverat. — Quae denique Eutr. v. 34 (et iuxta se in sella collocavit) adiungit, non quidem apud Livium inveniuntur[2]), sed cum similia Victor quoque c. 54 (assidere sibi iussit) et qui verbo tenus Livium transscripsit Valerius Maximus l. c. (V. 1, 8 lateri suo proximum in consilio considere iussit) exhiberent, rectissime Valerii loco cum Livii capit. 7 fine (introductum in tabernaculum adversus advocatos in consilium considere adversus[3]) sit) comparato Koehler libro saepius laudato p. 73—75 apud Livium considere ad (vel iuxta) se iussit legendum esse pronuntiavit.

p. 27 v. 34 — p. 28 v. 3: senatus consultum Eutr. expressit quod Liv. XLV. 18 (ex annalibus[4])) retulit (liberos esse placebat Macedonas atque Illyrios ut omnibus gentibus appareret[5]) arma p. R. non liberis servitutem sed contra seruientibus libertatem adferre.. § 7 placuit.. et dimidium tributi quam quod regibus ferre soliti erant p. R. pendere): cap. 26, 11—14 (Polyb.[6])) haec ab Anicio in Illyrico in conventu principum provinciae pronuntiantur, cap. 29 eadem (§ 4) Paulus in conventu (vid. 30, 1) principum civitatium Macedoniae (c. 29, 1) pronuntiat (§ 3; c. 30, 1) quae Eutr. in sequentibus

---

[1]) Nissen ll. cc. p. 269 cf. p. 303.

[2]) Neque in Romana huius rei narratione apud Plutarchum ex eoque Zonaram; immo apud Iohannem: *ἐπί τινος βασιλικοῦ θρόνου πάρεδρον ἑαυτῷ καιεστήσατο.*

[3]) Haec in codice Vindobonensi leguntur; Polybio quoque (v. Nissen p. 273) usus Diodor. XXX. 23 Dind. similia servat (*εἰς τὸ περὶ αὐτὸν συνέδριον ἐκάθισεν*).

[4]) Nissen XIX. § 2 p. 274.

[5]) Loco livianae aliam Eutrop. sententiam de suo adnexisse videtur: (ut appareret) p. R. pro aequitate magis quam avaritia dimicare.

[6]) Nissen XIX. § 3 p. 276.

p. 28 v. 3. 4 (itaque in conventu finitimorum[1]) po- (Cap. 7.)
pulorum Paulus haec pronuntiavit) expressit; quae omnia apud Livium Polybiana[2]) sunt eademque apud Plut. c. 28 Diodorum (apud Syncell. p. 267 fr. 8, 4 Dind.)

v. 4—7: Liv. XLV. 32, 11 ex Polyb. XXX. 15[3]) cf. Plut. l. c.

Cap. 8. v. 7. 8: Liv. XLV. 34, 1—6 ex Polyb.[4]). Cap. 8

Quae secuntur ex annalistica Livii parte petita sunt et quidem plurima eorum Livius ex Antiate sumpsit[5]):

v. 8—10: Liv. c. 35, 3 (nave ingentis magnitudinis quam sexdecim versus remorum agebant).

v. 11. 12: Liv. c. 40, 4[6]).

v. 12. 13: apud Liv. in lacuna inter c. 39 et 40 exciderunt: vid. Plut. c. 33. 34 Diodor. apud Sync. l. c. alios[7]).

v. 13—15: Liv. c. 43 (vid. § 6).

Quae secuntur v. 15—20 recte tantum de Prusia dici possunt, qui certe hoc anno 587 (sed ne is quidem ad triumphi spectaculum) Romam venit magnoque honore exceptus est

---

[1]) Hanc lectionem Fuld. Paean. (*παντα χόθεν*) cf. Iohann. fr. 57 (=Suid. v. *Αἰμίλιος*: *ἦσαν δὲ πολλοὶ ἐκ πολλῶν ἐθνῶν συνειλεγμένοι*) comprobant, sed male Paean. hunc Macedonum conventum cum civitatium Asiae et Graeciae legationibus miscet, quas Eutr. (e Liv. c. 32) in sequent. commemorat (recte Iohann. verba Eutr. intellexit).

[2]) Nissen XIX. § 3 p. 277.

[3]) Nissen ibid.

[4]) Nissen ibid.: vid. Polyb. XXX. 15 Appian. Illyr. 9 Plut. Paul. c. 29.

[5]) Vid. Nissen XIX. § 4.

[6]) Eutr. v. 12 (utroque latere adstantibus) confudisse videtur duos Pauli filios (Maximum et Scipionem) qui (Liv. l. c.) post currum secuti sunt cum aliis duobus filiis eius qui circa triumphi tempus (scil. minor quinque diebus ante, maior triduo post eum) mortui sunt (Liv. 40, 7. 8 Val. Max. V. 10, 2 Plut. 35. 36 Diodor. XXXI. 11 Dind. Appian. Mac. 19 e Polybio vid. Nissen l. c. p. 278 cf. Zonar. IX. 24 p. 460 B Victor. 56 alios) de quibus Livius l. c.: quos praetextatos curru vehi cum patre, sibi ipsis similes praedestinantis triumphos, oportuerat.

[7]) Perioch.: Persen cum tribus filiis duxit ante currum; Eutr. duos tantum filios nominat cum tertia filia fuerit (Plut. Diod. ll. cc. Zonar. p. 260 C). — XLV annos natum Persen fuisse Livius dixisse potest, qui eum anno 572 (XL. 6, 4) tricesimum annum egisse adnotaverat.

(Cap. 8.) (Liv. c. 44, 4 sq.[1])) permittente senatu dona in Capitolio posuit (Liv. § 8. 10 cf. 15) etiam filium suum Nicomedem senatui commendavit (Liv. § 9 cf. § 13). Ex duobus aliis regibus ab Eutr. commemoratis Attalus[2]) eodem quidem anno Romam venerat sed longe ante triumphum (Liv. XLV. 19. 20[3])) Eumenes anno demum sequenti 588 vid. Per. XLVI Polyb. XXX 17 alios. Quae omnia Eutr. fons verbis illis ad hoc spectaculum sq. coniungere voluisse videtur.

§ 5. Eutrop. cum Livii libris deperditis comparat.

Cum in §§ superioribus Eutropium magnam partem cum Livio concinere multis tamen interdum additis vel immutatis demonstraverim cum Liviique decadibus quarta et quinta, quarum fontes accuratius indagati sunt, comparato certe Eutropium hac in parte ex Livio pendere probaverim, pauca addere liceat de iis Eutr. partibus quae non cum Livii libris qui aetatem tulerunt comparari possunt: quarum singulis cum aliis scriptoribus qui Livium potissimum auctorem secuti sunt, Floro scil. Valerio Maximo Frontino Victore aliis praecipueque cum Periocha comparatis plurima cum iis conspirare videbis neque dubitari potest, quin Eutrop. livianam certe ubicumque Romanam narrationem servaverit. Erroribus non paucis quos Eutr. commisit aliisque quae minoris momenti sunt, omissis nonnulla adnotamus, in quibus fortasse narrationem a Livio alienam servaverit:

L. II. c. 9: Samnites confectos esse a P. Cornelio Rufino M'Curio Dentato coss. (a. 464) tumque bellum cum Samnitibus per annos XLIX actum sustulisse Romanos narrat Eutr.: quod Samnitici belli spatium Orosius[4]) quoque II. 22 affert, sed livianae computationis[5]) ratione habita ab initio Samnitici

[1]) Vid. Polyb. XXX. 16 (cuius narrationem Liv. l. c. § 19—21 post annalisticam adnexit) ex eoque Appian. Mithr. 2.

[2]) Scil. non ipse rex sed frater regis.

[3]) Ex Polyb. XXX. 1—3 vid. Nissen XIX. § 2.

[4]) Ex Eutr. Augustin. C. D. V. 22 vid. App. I.

[5]) Annis ubi dictatores sine coss. fuerunt non adnumeratis.

belli (anno 411[1])) quadraginta novem anni tantum usque ad anni 463 finem fluxisse numerabis, sicut Livius ipse (X. 31, 10) annum 460 quadragesimum sextum Samnitici belli nominat: concinunt Oros. l. c. et Perioch. XI finem Samnitici belli ante rerum a Curio Dentato gestarum narrationem adnotantes: quae sane discrepantia ea ratione conciliari potest si Curium initio sui consulatus (464) Samnites vicisse et triumphum de eis egisse ponamus: neque Periocha his adversatur, quae foedus cum Samnitibus renovatum esse post damnationem Postumii consularis (consulis a. 463) scil. iam anno 464 narrat[2]). Videtur tamen Samnitica haec victoria minoris momenti fuisse: nam Oros l. c. item Flor. I. 10 (15)[3]) Sabinam solum eiusdem victoriam adnotant ad eamque memorabile illud Curii dictum referunt: sed idem ad Samnites victos in (Victoris) libro de vir. ill. c. 33 relatum est nec non Eutr. diserte Samnitas ingentibus proeliis confectos esse addit: fortasse inde haec differentia orta est, quod in horum scriptorum fonte Livio[4]) scilicet Curii illud dictum secundi eiusdem triumphi occasione narratum esset, ita tamen ut ad omnes res ab eo gestas referretur.

Quae Eutrop. II. 12 fin. de pacis conditionibus a Pyrrho Romanis per Cineam propositis affert, eadem quae Appian. Samn. 10 narrat aliis verbis expressa continent, cum Flor. I. 13 (18) Zonar. VIII. 4 p. 374 C tantum petisse

---

[1]) Liv. VII. 29 al.

[2]) Itaque eius verba Samnitibus caesis solum brevitatis studio cum Sabina victoria et duplici triumpho Curii coniuncta esse videntur cum apud Livium ipsum Samnitica Curii victoria fortasse ante foederis renovati mentionem narrata sit.

[3]) Vid. etiam Strabon. V. p. 228.

[4]) Non tamen ex Livio Victor sua de Curii triumphis hausit sed fortasse ex Fastis quibusdam, Fastis qui aetatem tulerunt triumphorum similibus (cf. c. 15. 18. 27. 32 quae de triumphis Victor a Livio aliena exhibet): praeter enim duos illos a. 464 (de Samnitibus et Sabinis) tertiumque de rege Pyrrho triumphos, quos Periocha etiam Cicero Cato m. 16, 15 (inde Apulei. de mag. 17 p. 430 sq.) agnoscunt, ovationem de Lucanis Victor apponit: Fasti quoque triumphorum quater eum triumphasse diserte referunt.

regem ut in amicitiam reciperetur tradant[1]), Periocha XIII plane diverse Cineam ut conponendae pacis causa rex in urbem reciperetur missum esse narret; Per. tamen hic quaedam confudisse videtur[2]): praeter enim Eutr. c. 13 init. Zonar. quoque p. 374 D Plut. c. 19 Appian. l. c. eodem modo responsum illud senatus Romani pacem negantis referunt.

II. 14: Eutr. Fabricii illud honeste factum secundum Quadrigarii (vid. Gellium III. 8) narrationem refert, cum Livius eiusdem et Valerii Antiatis narrationes exhibuisse videatur[3]): sed cum de Quadrigario e Gellio id solum constaret, eum proditorem Niciam nominasse neque Gellius diserte adderet, quisnam Nicias ille fuerit, Livii quoque Per. XIII satis circumspecte eum verbis is qui ad Fabricium a Pyrrho transfugerat designaret, Eutr. diserte medicum Pyrrhi eundem nominat similiterque Florus I. 13 (18)[4]) Frontin IV. 4, 2 (uterque Livio praecipuo fonte usus) Liviusque ipse XLII. 47, 6[5]) cf. Hieronym. Epist. 101 ad Pammachium[6]), etiam Plut. Pyrrh. 21 Aelian. XII.

---

[1]) Expresse haec Plut. Pyrrh. c. 18 narrat (*φιλίαν.. ἑαυτῷ καὶ τοῖς Ταραντίνοις ἀδείαν ἕτερον δὲ μηδὲν αἰτουμένου*); sed duriores has condiciones fuisse (vid. Eutr. Appian.) Victor quoque c. 34 (turpissimas conditiones) Val. Max. VIII. 13 (deformem pacem) innuunt cf. de Appii Claudii oratione in senatu habita satis vulgatam narrationem.

[2]) Vid. Niebuhr r. G. III. p. 565 n. 847.

[3]) Antiatis narrationem (vid. Gell. l. c.) Valer. Max. VI. 5, 2 repetit, Quadrigarii Ammian. XXX. 1, 22 sed nomine proditoris secundum Antiatem quoque addito.

[4]) Fabricio cum Curio confuso.

[5]) Ex Polyb. secundum Nissen XVII. § 4.

[6]) Fortasse ex Eutrop. vel eius fonte: nam quae antea c. 13 Eutropius de Pyrrhi vulnere dixerat cum nostra narratione coniunxit. Eutropi versionem graecam habes apud Suid. v. *Φαβρίκιος* (= v. v. *ἀποστυγοῦντες ὑφιστάμενος* Planud. fr. 37); simili tamen quo Periocha modo de persona proditoris verba *εἴτε ἰατρὸς εἴτε ἕτερος τῶν περὶ τὴν τράπεζαν τοῦ βασιλέως* ex alio quodam fonte addidit (cf. Dion. ap. Zonar. VIII. 5 p. 376 C: *Νικίας τις τῶν Πύρρῳ πιστῶν δοκούντων*): simpliciter transfugam eum nominant Appian. Samn. fr. 11 Cicero de off. I. 13, 40 III. 22, 86.

33 Seneca epist. moral. XX. 3 (120). Non itaque apud Eutr. diversam a Livio huius rei famam opinari opus est.

De errore Eutr. II. 19 (tertio anno) supra p. 20 n. 1 disseruimus neque eum ex narratione a Livio diversa Polybii Diodori Dionis Fastorum derivari debere docuimus.

In libro Eutr. tertio plurima a Livio aliena exstare supra (§ 3) innuimus: fortasse alio quodam fonte iam in eiusdem libri primis capitibus (1—7) atque in superioris libri secundi capite ultimo (28) usus est: nimirum Eutr. (II. 28) Faliscorum bellum sub anno 513 narrat, consentiuntque Fasti triumph. qui ambos eius anni coss. de Faliscis triumphasse referunt item Zonar. VIII. 18 init. Val. Max. VI. 5, 1[1]). E contrario Orosius IV. 11 fin. bellum hoc iisdem paene verbis relatum[2]) consulum nominibus appositis ad annum 516[3]) refert: sed confudisse videtur[4]) Orosius tres annos 514. 515. 516 bellumque illud in eius fonte sub anno 514 narratum esse verisimile est: nam etiam Periocha Faliscorum bellum[5]) libro XX adnotatum a rebus gestis libro XIX narratis (quae omnes in annum 513 cadunt[6])) seiungere videtur.

---

[1]) Valerius Q. Lutatium Cerconem id bellum confecisse narrat cum Zonar. de alterius tantum consulis A. Manlii Torquati rebus gestis verba faciat: ambos consules autem hac occasione Fasti et Eutrop. commemorant. — Ad a. 513 hoc bellum rettulisse Polybius quoque I. 65 videtur, qui statim pacem Punicam illud secutum esse tradidit.

[2]) „Eoque proelio XV millia Faliscorum interfecta sunt:" vid. Eutrop.

[3]) De quo anno capitis quoque sequentis 12 initio (eodem anno sq.) verba facit cf. Zonar. VIII. 18 p. 399 B.

[4]) Vid. Pighium Annal. II. p. 84: nimirum annus 516 coss. ab Orosio nominatos Ti. Sempronium Gracchum P. Valerium Faltonem habuit, similium nominum consules autem a. 514 (M. Sempronius Tuditanus) et a. 515 (Q. Valerius Falto) fuere.

[5]) „Falisci cum rebellassent, sexto die (vid. Eutr.) in deditionem venere."

[6]) Nimirum pax Lutatii, templi Vestae incendium (vid. Oros IV. 11), tribuum numerus completus. — Libro XX post Faliscorum bellum Spoletii coloniae deductionem et Liguricum bellum (inde ab a. 516 vid. Zonar. p. 399 D) notat: sane Vellei. I. 14 Spoletium iam a. 513 (triennio post Brundisii Torquato Sempronioque coss. — a. 510— deductionem) deductum esse refert, cum Floraliorum his institutione (a. u. DXIII se-

Cum III. 2 Eutrop. consulum anni 517 quidem nomina exhibeat, sed quae sub hoc anno narrat, ab aliis scriptoribus[1]) ad annum 518 referantur, qui annus cum praecedente facillime confundi potuit[2]), etiam quae Eutr. c. 1 eisdem consulibus[3]) facta esse narrat, Hieronem Romam ad ludos spectandos venisse, verisimiliter in eundem cadunt annum 518: quae cum ita sint, consentire videtur Eutr. in anno ludorum definiendo cum commentariis XV virorum a Censorino de d. n. c. 17 laudatis item cum Fastis Capitolinis, qui hoc anno ludos saeculares fuisse tradiderunt[4]); fluxisse hanc definitionem ex saeculi centum et decem annorum computatione, quae temporibus Augusti innotuerat Mommsenius l. c. probavit: superiore tempore saecula centum tantum annorum computabantur, indeque Valerius Antias nec non Livius[5]) ludos hos saeculares a. 505 fuisse tradiderunt. Negari tamen non potest, fortasse Livium sub a. 518 ludos aliquos adnotasse, ad quos Hiero spectandos Romam venerit[6]), haecque ab Eutropio l. c. repeti, illos autem Augustei aevi computatores hos ludos saeculares fuisse ratiocinatos esse.

III. 5: Fabium Eutr. laudat eademque occasione Orosius IV. 3: in Periocha quoque XX vocem Fabium excidisse conii-

---

cundum Plin. XVIII. 29 § 286) coniunctis: sed male coloniarum deductarum temporis definitiones fluctuant: e. gr. Fregenarum Brundisiique deductiones non in annis 509 et 510 sicut Vellei. sed in anno 507 (ante lustrum hoc anno conditum) ponit Per.

[1]) Zonar. p. 400 C et Fasti qui hoc anno triumphum de Liguribus notant; anno autem 517 ambos coss. contra Gallos pugnasse Zonar. p. 400 A B (cf. Polyb. II. 21) refert, qui solus quidquam de hoc anno adnotavit.

[2]) A. 517 P. Cornelius Lentulus, a. 518 L. Cornelius Lentulus coss. fuerunt.

[3]) Vid. c. 2 init.: (consulibus) quibus Hiero Romam venerat.

[4]) Vid. Mommsen r. Chr. p. 185 n. 363.

[5]) Apud Censorin. l. c.; de Livio vid. Perioch. XLIX Augustin. C. D. III. 18 cf. locos a Mommseno ibid. p. 180 n. 350 H. Petero ad fragmenta Val. Ant. 18. 22. 55 allatos.

[6]) Sine ulla causa totam de Hieronis Romano itinere narrationem addubitavit Osann de Philistide Syracus. regina Giessen 1825 p. 18.

cio; nam nusquam ab eo vox quam h. l. apposuit[1]) dicit de Livio usurpatur[2]).

Libri IV capitibus 17 et 27 comparatis, singularem ipsorum verborum similitudinem in iis quae Eutr. utroque loco de Scipionis Metellique militari disciplina narrat facile animadvertes:

IV. 17 is primum militem	IV. 27 is exercitum
vitiosum et ignavum	
exercendo magis quam puniendo	ingenti severitate et moderatione correctum
sine aliqua acerbitate correxit.	cum nihil in quemquam cruentum faceret ad disciplinam Romanam reduxit.
cf. quae utroque loco secuntur:	
tum multas Hispaniae civitates	multas civitates ipsius (Iugurthae)
partim bello cepit partim in deditionem accepit.	[in deditionem ac] cepit.

Quae similitudo tanta est, ut Paeanius quoque ambos locos simillimo modo verterit, et utroque loco Eutr. textui verba *ὑπὸ τοῖς προτέροις ἡγεμόσι* — *ὑπὸ τοῖς προτέροις ὑπάτοις*[3]), inseruerit. Ceterum posteriore loco verba Eutr. cum aliis scriptoribus consentiunt vid. praecipue Sallust. Iugurth. c. 44. 45[4])

---

[1]) „Eo bello populum Romanum sui Latinique nominis CCC armatorum habuisse [Fabius] dicit" (dicit Nazar.; in dicitur correctum in Guelferbit. aliis).

[2]) De numeris ne longior sim ad H. Peteri fragm. Fabii 23 adnotationem remitto.

[3]) Fortasse h. l. (c. 27) in Eutr. textu aliqua exciderunt: legisse enim Paean. nec non Iohann. Antiochen. (fr. 64. *διεφθαρμένην ὑπὸ τῆς κακίας τῶν ἔμπροσθεν ἡγησαμένων*) pro correctum quaedam velut a prioribus ducibus corruptum videntur (correptum habent cod. Leid 2. 3 e Paeanio?)

[4]) Maiorum disciplina milites laborare coegisset (cf. Val. Max. l. c. ad revocandam pristinae disciplinam militiae connisus est; Eutr. ad disciplinam Romanam reduxit)... (Metellum) tanta temperantia inter ambitionem saevitiamque moderatum... ita prohibendo a delictis magis quam puniendo (simillime Eutr. altero loco c. 17 exercendo magis quam puniendo).

quique eo usus esse videtur Val. Max. II. 7, 2 Frontin. IV. 1, 2, e contrario priore loco nequaquam ab aliis scriptoribus[1]) de Scipione eum milites exercendo magis quam puniendo sine aliqua acerbitate correxisse narratum videbis; immo omnes diserte Scipionem magna cum acerbitate, quam latius depingunt, milites punivisse referunt. Profecta verba Eutr. utroque loco videntur ex fonte aliquo, qui disciplinam veterem exemplis singulis illustraverat, atque plane ut scriptores laudati Valerius Maximus Frontinus Polyaenus ll. cc.[2]) Scipionis Metellique exempla coniunxerat[3]). Alia similis rei exempla apud Eutrop. invenies, cf. quae II. 11 et III. 22 de exploratoribus Pyrrhi et Hannibalis a Laevino et Scipione per castra duci iussis item II. 12 et III. 14 de Pyrrho et Hannibale in Campaniam ab urbe se recepientibus narrat:

II. 12 (Pyrrhus) Romam perrexit... ad Praenestem venit miliario ab urbe octavo decimo	III. 14 Hannibal usque ad quartum miliarium urbis accessit
	equites eius usque ad portas
mox terrore exercitus qui cum consule sequebatur[4])	mox consulum cum exercitu venientum metu[4])
in Campaniam se recepit	ad Campaniam se recepit.

Ex simili denique fonte ea fortasse fluxerunt, quae Eutr. X. 17 de legionibus Romanis a Samnitibus Numantinis Numidisque sub iugum missis affert indeque etiam huius Eutropii loci cum Ammiani (XXV. 9, 8—11) de eadem re trac-

---

[1]) Per. LVII Flor. I. 33 (II. 18) Val. Max. II. 7, 1 Frontin. IV. 1, 1 Polyaen. VIII. 16, 2 Appian. Iber. 85 sq.

[2]) Val. Max. IV. 7, 1. 2 Frontin. IV. 1, 1. 2 Polyaen. VIII. 16: eadem haec duo exempla similiter coniungit Spartian. Hadrian. c. 10, 2 vid. supra p. 30 n. 2 de Hist. Aug. scriptorum cum Eutropio Rufo Ammiano etc. affinitate.

[3]) Similibus verbis de Constante quoque usus est Eutr. X. 9 (exercitui per omne vitae tempus sine gravi crudelitate terribilis).

[4]) Quae satis bene ad Pyrrhi rem gestam quadrant sed nequaquam ad Hannibalis, quem iam in aciem eduxisse exercitum contra Romanos constat.

tantis loco similitudo explicari potest: quibus de locis cum de ratione quae inter Ammianum atque Eutropium Rufumque intercedat tractabimus, uberius disseremus.

IV. 20: de morte Crassi in codice Fuld. legitur victus est tamen Crassus et in proelio interfectus est eademque Paean. exhibet (ἡττήθη δὲ Κράσσος καὶ ἔπεσεν ἐν τῇ παρατάξει), quae concinunt cum Strabonis XIV. p. 646 narratione illa quidem brevissima (Κράσσος δὲ περὶ Λεύκας ἐπιθεμένων τινῶν ἔπεσεν ἐν μάχῃ), cum omnes alii qui accuratius hanc rem exposuerunt[1]) in fuga captum interfectumque esse referant: itaque Strabonis Eutropiique verba ex brevitatis nimio studio profecta esse videntur, ceterum vulgata quoque apud Eutr. lectio (victus est tamen Crassus in proelio et interfectus) codicis Leid. 1 comparatione[2]) tueri potest.

Ibid. de morte Aristonici et Perpennae eadem quae Eutr. Oros. V. 10[3]) breviterque Strabo l. c. cf. Iustin. XXXVI. 4, 9 exhibent: iam mortem Aristonici, qui (vid. script. laudat.) strangulatus est in carcere Romae, quo eum a Perpenna missum Strabo l. c. cf. Iustin. refert, Eutrop. cum illis coniungit, quae de triumpho de eo non acto apponit: in quibus dissentit a Velleio II. 4, 1 (cf. Sallust. Epist. Mithr.) qui diserte M'Aquillium Perpennae successorem Aristonicum in triumpho duxisse[4]) posteaque eum capite poenas dedisse refert nec non a Valerio Maximo III. 4, 5 qui male omnia confundens Perpennam ipsum triumphasse innuere videtur[5]): Velleii partis Trogus quoque fortasse fuit, qui (Iustin. l. c.) contentionem inter Per-

---

[1]) Val. Max. III. 2, 12 Frontin IV. 5, 16 Oros V. 10 cons. Druman IV. p. 61 n. 30.

[2]) Habet Leid. victus est tamen Crassus in proelio est (fortasse ortum ex et cum scriba illud victus est ad superiora referret atque a his seiungeret) interfectus; Pauli codices Historiaeque Miscellae Orosii verba h. l. exhibent.

[3]) Ex ipso ut videtur Eutr. vid. Moerner p. 125. 146.

[4]) Aquillii triumphum Fasti quoque referunt sed tantum ex Asia eum triumphasse notant.

[5]) „Cuius vita triumphavit.. caducus triumphus" vid. Kempff ad h. l.

pennam et Aquillium de Aristonico in triumpho agendo Perpennae morte diremptam esse (scil. itaque Aquillium triumphasse) narrat. Ab altera itaque parte solus Eutrop. (cf. Strab.) stat, neque pro certo affirmari potest, cuiusnam horum scriptorum narratio Liviana fuerit.

Sequentibus duobus capitibus 21. 22 male omnia confundit Eutrop.: nam quae priore consulum a. 631 nominibus appositis narrat in annum cadunt proximum 632 scil. in secundo C. Gracchi tribunatu facta sunt[1]): qui error sane levioris momenti est, sed addit Eutr. Carthaginem reparatam esse annis duobus et viginti postquam fuerat eversa, cum annus 631 vicesimus tertius vel quartus sit post a. 608. Secutum esse hac in operis sui parte[2]) Eutropium livianam temporum computationem supra vidimus: error eius fortasse inde ortus est, quod cap. sequenti 22 annum varr. 632 (livian. 629) cuius res gestas ibid. narrat (vid. infra) confundens cum anno 630 (liv. 627) cuius consulum nomina cum a. 632 consulibus confusa apponit, illum annum sescentesimum vicesimum septimum itaque annum 631 de quo c. 21 sermo fit sesc. vicesimum sextum esse putaverit: cum autem a. Carthaginis eversae (varr. 608) secundum ipsius Liviique computationem sescentesimus quintus fuerit, recte a. 626 vicesimus secundus post eum designari ab Eutr. potuit.[3])

Male autem Eutropii hac in parte narrationem depravatam esse, caput sequ. 22 edocet:[4]) nimirum omnia quae ibid. refert in annum cadunt 632 proximosque 633. 634: ceterum unius cuius nomen apposuit Eutr. consulis C. Cassii Longini rerum gestarum nulla fit apud alios scriptores mentio: alterum nomen quod Eutr. exhibet (Sex. Domitius Calvinus) ex duobus confarcinatum

---

[1]) Vid. Per. LX Appian. b. c. I. 24 Plut. C. Gracch. 8. 10; eundem quem Eutr. errorem Vellei. I. 15 commisisse videtur (utroque C. Gracchi tribunatu confuso).

[2]) IV. 2. 10. 22 vid. supra p. 20 sq.

[3]) Eutrop. exscripsit Oros V. 12, sed numero ab Eutr. allato (XXII) ad Carthaginis eversae annum, quem ipse (IV. 23 V. 3) apposuerat, addito, numerum 627 de a. Carthaginis restitutae (631 varr.) usurpare adductus est vid. Moerner p. 76 n. 15. 16.

[4]) Vid. supra p. 21 n. 3.

est scil. e C. Sextio Calvino cos. 630 et Cn. Domitio Ahenobarbo cos. 632, qui ambo res praeclaras in Gallia gesserunt, sed uterque a. demum 632: de C. Sextii Calvini de Salluviis victoria et Aquis Sextiis ab eo conditis (a. 632) vid. Per. LXI in. Obs. 32 Fast. ad a. 632 Cassiod. ad a. 632 cf. Flor. I. 36 (III. 2) Ammian. Marc. XV. 12, 5 Appian. Celt. 12 Diodor. XXXIV. fr. 23 Strabon. IV. p. 180. De altero illo Cn. Domitio Ahenobarbo in aliis quoque fontibus parum constat, cum fontes liviani Periocha LXI et Oros. V. 13 eum Allobroges tantum apud Vindalium vicisse, eosdem nec non Arvernos Bituitumque (Eutrop. l. c) a consule a. sequ. 633 Q. Fabio Maximo (apud Rhodanum pugna) domitos esse narraverint, quam Fabii victoriam Eutrop. quoque innuisse videtur, cum de infinita multitudine interfectorum[1]) iuxta Rhodanum fluvium[2]) ingentique praeda e torquibus Gallorum facta[3]) verba faceret: tamen Eutrop. Fabium prorsus non nominavit aliique scriptores ordine plane inverso Fabium Arvernos et Allobroges, ex qua gente devicta cognomen quoque accepit, Domitium tantum Arvernos et Bituitum vicisse tradiderunt[4]): certe Domitium non Allobroges solos sed etiam Arvernos, fortasse[5]) hos solos vicisse ex omnibus aliis qui hanc rem innuerunt scriptoribus elucet[6]): quibus Eutropius adnumerandus est, qui diserte de Arvernis a Domitio victis verba facit.

---

[1]) CXX m. occisa esse Periocha Appian. Celt. 1 CXXX Plin. VII. 166 Strabo IV. p. 185 referunt, CL m. vel caesa vel mersa Oros.; e contrario in pugna apud Vindalium XX m. tantum caesa Oros. notat.

[2]) De Fabii pugna Oros. ad pontem Rhodani factam esse dicit: nimirum accidit ad Isaram vid. Plin. l. c. Strabon. IV. p. 185. 191 cf. Flor. I. 36 (III. 2: Isara.. et inpiger fluminum Rhodanus). Ceterum prioris quoque pugnae locus ad Rhodanum fuit (vid. Strabon. ll. cc.).

[3]) Quae Eutr. solus afferre videtur.

[4]) Fasti triumph. et Vellei. II. 10, 2 (cf. II. 39, 1) inversum hunc ordinem servant.

[5]) Vid. Fast.

[6]) Praeter Vellei l. c. vid. Strabon. IV. p. 191 Sueton. Nero 2 Appian. Celt. 12 (qui Domitium Bituitum regem Allobrogum vicisse dicit). Parum liquet de Cic. pro Font. 16, 36 (12, 26). — Ammian Marc. XV. 12, 5 brevissime de nomine Allobrogici Fabio indito (Allobrogum gente devicta) verba facit.

Itaque[1]) vix Periocham et Orosium livianam narrationem puram servasse credibile est potiusque eos aliquid confudisse ut crederem aliis scriptoribus comparatis adducor. Etiam ea, quae in Periocha ab Eutropii narratione diversa de Bituito Romam deducto[2]) referuntur, non magni momenti esse uidentur[3]).

Saepius in superioribus de Suetonio Eutropii inde a VII. 8 fonte tractavimus: non autem silentio praetereundum est, in iis quoque Eutrop. partibus, quae adhuc sive ex Livio sive ex alio quodam annalistico fonte fluxerunt, quaedam e Suetonio adspersa esse: nimirum Eutrop. libri sexti de rebus a C. Iulio Caesare in Gallia gestis caput paene totum 17 ex Sueton. (Iul. c. 22. 29. 25) repetitum est cf. Eutr. VI. 22 init. cum Suet. Iul. c. 35 et VII. 5 cum Suetonii fragmento[4]) apud Gellium N. A. XV. 4, 4[5]) de Ventidii Bassi rebus gestis, quas Rufus c. 18 multo plenius Periochaeque Livii CXXVII. CXXVIII propioribus verbis narrat.

---

[1]) Vid. quae de vero harum rerum ordine Mommsen r. G. II. 165—6 protulit.

[2]) A Domitio Romam missum Eutr. etiam Val. Max. IX. 5, 3 referunt, Periocha ipsum Bituitum, postquam a Fabio victus sit, ad satisfaciendum Romam profectum esse innuere videtur.

[3]) Quae Eutrop. cap. fin. adiecit, ambos coss. triumphasse, melius ad Fabii Domitiique a. 634 quam ad Domitii a. 634 et Sextii a. 632 triumphos referri possunt: C. Cassius Longinus ab Eutr. cap. in. nominatus omnino non triumphavit.

[4]) Ex libris *περὶ Ῥώμης καὶ τῶν ἐν ἀντῇ νομίμων καὶ ἠθῶν* (Suid.) secundum Rothium.

[5]) Bassum Suetonius Tranquillus praepositum esse a M. Antonio provinciis orientalibus Parthosque Syriam introrumpentis tribus ab eo proeliis fusos scribit, cumque primum omnium de Parthis triumphasse et morte obita publico funere sepultum esse.

Appendix I.

(De Augustino.)

Quamquam de scriptoribus qui Eutropio auctore usi sunt, tractare ad opportuniorem occasionem reservaverim (vid. Praefat.), nulla ratione subtrahere me potui, quominus vel hoc loco de Augustino nonnulla praemitterem: cuius in fontes accuratius inquirere operae pretium duxi, cum apud eum in commentario qui de civitate Dei inscribitur, praesertim in quinque prioribus libris non pauca inveniantur, quae ad nostram romanarum rerum notitiam maximi momenti sint. Missis scriptoribus ex quibus Augustinus notiones philosophicas, res sacras alia hausit, praecipue Varrone et Cicerone, historica exempla apud eum paene ex iisdem, ex quibus apud Orosium[1]) fontibus hausta inveni: scilicet cum paene solum ex historia priorum temporum romanae reip. exempla ad illustrandam suam ethicam doctrinam sumpserit, praecipue Livio ipso et Floro[2]) usus est, quos Orosius quoque paene unicos fontes in huius temporis historia adhibuit; nam Eutropium[3]) Orosius diligentius in posterioribus libris inspexit..

---

[1]) Quem constat ad librum conscribendum impulsu praeceptoris Augustini adductum esse et cum in singulis rebus tum in tota operis institutione multum ex eius auctoritate pendere vid. Moernerum de Orosii vita Berol. 1844 § 1 p. 52 sq.

[2]) Praecipue inde a l. III cap. 19 ubi verbis his quoque fatentibus qui non tam narrare bella Romana quam Romanum imperium laudare instituerunt perlucide Florum designavit cf. c. 19. 20 cum Flor. I. 22 (II. 6), c. 27. 28. 29 cum Flor. II. 9 (III. 21).

[3]) Vid. Moerner. § 12 p. 144 sq.

Nihilominus tres apud Augustinum loci inveniuntur, qui plane ex Eutropio descripti sunt scilicet l. III cap. 15 in quo breves illas narrationes de mortibus regum Romanorum (Numae Anci[1]) Prisci Tarquinii Servii Tullii[2])) inde a verbis caeteri reges verbotenus cum Eutr. locis l. I. cap. 3 fin. cap. 5 fin. cap. 6 fin. cap. 7 fin.[3]) concinunt, immo totus capitis finis apud Augustinum inde a verbis quod eum (Tarqu. Superbum) Romani regno depulerunt sq. pure Eutrop. cap. 8 (postea Ardeam oppugnans — exclusus est) cap. 9 finem (commouit sq.) cap. 11 init. (praecipue Tarquinius cum suscipi — consenuit) denique cap. 8 finem (ita Romae sq.) transscripta continet ut iam numeri annos regum (vid. supra cap. II. p. 13 sq. sub lit. I) atque imperii romani sub regibus propagationem[4]) denique annos quibus Tusculi Tarqu. vixerit[5]) indicantes cum Eutropianis comparati evincunt.

Etiam eorum quae cap. 16 secuntur multa Eutropium (I. 9. 10) sapiunt: cf. singula quae de sorte primi anni consulum apud utrumque dicta sunt. Tamen h. l. Augustinus Publicolam recte P. Valerium appellat, cum Eutropii codices Paeanius et Johannes quoque Antiochen. falsum ei praenomen Lucii inderent, quem errorem[6]) Augustin. quoque alio loco (V. 18) commisit: qui locus secundus est certe ex Eutrop. descriptus: quattuor enim antiquae Romanae virtutis exempla Reguli scil. Publicolae Cincinnati[7]) et Fabricii ex Eutr. II. 25. I. 12. 17. II. 12 sumpta sunt.

Tertium caput 22 libri quinti in censum venit: bella

---

[1]) Vid. supra p. 46 n. 1.

[2]) Longiorem de morte Romuli narrationem eademque de Tullo Hostilio ex Floro sumpsit quibusdam ex Cicerone de re p., quem laudat, admixtis vid. supra p. 46 n. 8.

[3]) Cf. etiam verba hunc—fabricantem cum E. c. 8 in.

[4]) Vid. Eutr. c. 8 fin. supra p. 50 n. 1.

[5]) De errore Eutr. supra p. 55 sq. (vid. n. 4) tractavimus: cave videas in eo diversam ab aliis scriptoribus de Tarqu. morte memoriam ab Eutr. et Augustino servatam ut fecit Schwegler II. p. 65 n. 1.

[6]) Vid. supra p. 37 (n. 3) p. 56 n. 7 p. 58 n. 5.

[7]) Quae in fine addit Augustin. Cincinnatum in eadem paupertate mansisse non apud Eutr. leguntur cf. Flor. I. 5 (11) rediit ad boves rursus eiusdemque verba dictator ab aratro (Cic. de fin. II. 4, 12 ab aratro adduxerunt) cum Augustin. ab aratro esse abductum.

Romanorum recensentur et numeri annorum quibus singula gesta sunt, indicantur: quae omnia ex Eutr. fluxerunt vid. de bello piratico Eutr. VI. 12 de tertio punico IV. 10—12 (cf. Flor. (II. 15) I. 31) de b. gladiatorum VI. 7 sociali V. 3 punico secundo III. 23 pun. primo II. 27 Mithridatico VI. 12 Samnitico[1]) II. 9 deque pace Caudina ibid. (cap. init.) Ipsos Eutr. errores repetit Augustin. e. gr. cum bellum sociale quinque[2]) annos duravisse scribat. Numerus caesorum Romanorum in belli punici secundi proeliis apud Augustinum (LXX milia) numeros caesorum in pugna apud Trasimenum lacum atque Cannensi, quos solos Eutr. in huius belli narratione affert, additos continet[3]).

---

[1]) Vid. supra p. 76 n. 4.

[2]) Duravit bellum ipso Eutr. teste ab anno varron. 663 (659 ap. Eutr. V. 3 in.) usque ad eum quo (Eutr. c. 3 fin. c. 4 in.) Sulla cos. fuit scil. varr. 666 (662 Eutr. c. 4 in.) vid. supra p. 22 n. 2—5.

[3]) Scil. XXV mil. in priore (E. III. 9) et XL m. peditum III m. et D equitum in posteriore (III. 10), qui numeri additi summum LXVIII m. D efficiunt.

Appendix II.

(De Maximo Planude.)

(ad pag. 52 n. 9.)

Non cum Iohannis immo cum Paeanii (I. 9) versione verbotenus conspirat Planudes fr. 4: quam similitudinem cave credas fortuitam esse (cf. Hartelii novissimum librum „ueber Eutropius und Paulus Diaconus" Wien 1872 p. 18): eadem enim observari licet in fragmentis Planud. 84—88 ad Titi imperatoris vitam spectantibus cum Paean. VII. 21. 22 comparatis, praesertim cum liberiore quadam ratione haec omnia Paeanius vertisset[1]), similiterque in fr. Planud., quae ad tempora Dioni posteriora pertinent (apud Maium p. 567, 1. 2[2])) ex Paeanio IX. 1[3]) et X. 1[4]) sumptis cf. etiam fragm. Planud. 3 (Dion. 11, 9) = Paean. I. 4 et 5 (Dion. 17, 13) = Paen I. 13 II. 9 in quibus voces miliarium[5]) et tribunus dictator praetor censor graece interpretantur. — Ceterum noli mirari monachum saeculi XIV misellas illas

---

[1]) Fr. 85 Planud. et Paean. l. c. de tragoediis tantum graece a Tito compositis verba faciunt (ὅτι καὶ τραγῳδίαν ὁ Τῖτος ἑλλάδι φώνῃ ἐξέθηκεν) dum Eutr. alteraque eius versio (Iohann. fr. 102) de poematibus et tragoediis graece compositis loquantur; fr. 87 Planud. Paean. c. 22 fin. verba ἢ ζῶντες ἕτεροι exhibent: legisse igitur videtur Paean. apud Eutr. l. c. nec vivo ulli egerat nec praesenti.

[2]) Fr. 3 de Gratiano, ipso Eutr. posteriore, agit.

[3]) Nota falsam vocis imperator interpretationem apud utrumque.

[4]) Plane diverse Eutr. verba Iohann. fr. 168 vertit.

[5]) Eadem ex Paeanio nomine eius apposito repetit Epiphanius Cyprius fragm. de mensuris et ponderibus apud Stephan. le Moyne var. Sacr. p. 502.

lacinias undecumque comparantem praeter Iohannem in Paeanium incidisse, qui brevitate se commendabat atque ipse cadentis aevi temporibus multum lectitatus esse videtur[1]): non ex ipso Iohanne sua Planudem hausisse etiam ea demonstrant auctorum (Livii et Diodori) nomina quae in capite fragmenti 68 ex Plutarcho hausti[2]) adscripsit: inferioris Byzantini temporis scriptorem haec produnt rationemque in memoriam reducunt, qua Tzetzes vulgatorum quorumlibet scriptorum nomina proprium ad arbitrium excerptis suis praeponere solet[3]).

---

[1]) Lectus esse videtur Paean. a Stephano (vid. v. *Καρχηδών* ubi Eutr. laudat cf. Interprett. ad Eutr. VI. 6) laudatur ab Epiphanio l. p. super. n. 5 citato fortasse etiam a Suida v. *Παιανίας*; eius denique versione usus est cum Eutrop. (X. 5. 7. 1) citaret Planudis aequalis Nicephorus Gregoras (l. p. 7 n. 6 laud.).

[2]) Vid. Mommsenium in Herme VI. p. 82 sq. (p. 88) qui uberius de Planude tractavit.

[3]) Vid. e. gr. Chiliad. I. 27 *ὡς Διόδωρος γράφει καὶ Δίων ἅμα σὺν τούτοις Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσόθεν*, quorum ultimus plane res, quas Tzetzes narrat, non attigit.

Index Capitum.

Cap. I. de vita Eutropii 5
Cap. II. de Chronologia Eutropii 12
Cap. III. de Livio Eutropii fonte 39
§ 1. Eutropii l. I. c. 1—8 cum Livii libro I comparata 40
§ 2. Eutrop. l. I. 9—II. 9 cum Livii libris II—X comparata 52
§ 3. Eutrop. l. III. c. 7—23 cum Livii decade III comp. 63
§ 4. Eutrop. l. IV. c. 1—8 cum Livii decadibus IV et V comparata 64
§ 5. Eutrop. cum Livii libris deperditis comp. 76
Appendix I. (de Augustino) 87
Appendix II. (de Maximo Planude) 90

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. 28 n. 1: p. 351 D lege p. 259 D.
p. 30 n. 2: post cap. III § 5 adde p. 82 n. 2.
p. 51 v. 2. 3: c. 20. 21, 5. lege c. 20; c. 21, 1—5.
p. 52 n. 2: subactos lege ciuitatem.
p. 53 v. 4: 27 lege 37.
p. 57 n. 3 v. 4: qui dele.
p. 59 n. ult.: [4]) lege [13]).
p. 60 v. 7: post v. 2—5[7]): Liv. 41, 1. 2 sq. — adde v. 5: Liv. 48, 5. — v. 6: Liv. 48, 6; 50, 2 sq. —
p. 61 v. 6: v. 31 lege v. 3.
p. 63 v. 23: p. 93 lege p. 39.

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 094 924 9